DISSERTATIO LITTERARIA

CONTINENS

OBSERVATIONES AD SCHOLIA IN PLATONEM.

DISSERTATIO LITTERARIA

CONTINENS

OBSERVATIONES AD SCHOLIA IN PLATONEM,

QUAM

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

H. J. HAMAKER,

IUR. UTR. DOCT. ET IN FACULTATE IUR. PROF.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

Fredericus Henricus Elias Wolf,

E PAGO ZAAMSLAG.

AD DIEM XXI M. IUNII A. MDCCCLXXXIV, HORA I.

TRAIECTI AD RHENUM,
APUD KEMINK ET FILIUM.
MDCCCLXXXIV.

UXORI CONIUNCTISSIMAE.

Academiae vale dicturo nihil mihi restat iucundius quam ut grati animi sensum significem erga viros praestantissimos, qui Praeceptores mihi contigerunt; inprimis erga Te, Pater Carissime, qui me puerum latinae linguae et graecae elementis ita imbuisti, ut per totam vitam institutionis Tuae fructus percepturus sim. Nunc igitur palam gratias quam maximas Tibi offero pro egregia illa institutione, quam satis laudare nequeo.

Permultum Tibi me debere, Clarissime VAN HERWERDEN, *Promotor Aestumatissime, lubens profiteor. Publicis privatisque lectionibus studia mea fovisti, rectis consiliis me adiuvisti et ubique benevolentiam Tuam in me praestitisti. Persuasum Tibi habeto me haec semper grato animo recordaturum.*

Vobis, Viri Clarissimi OPZOOMER, WIJNNE, FRANCKEN, *maxima et perpetua gratia a me habebitur. Nunquam non gaudebo me lectiones Vestras frequentavisse, unde uberrimos fructus et tunc cum intereram percepi et nunc percipio. Quid vobis debeam, Viri Praestantissimi, nunquam obliviscar, dum spiritus hos regit artus.*

Neque Tu silentio mihi praetereundus es, Vir Clarissime BRILL, *nunc rude donatus, olim studiosae iuventuti in republica litterarum strenuus antecessor. Diu valeas diuque otio fruaris, quo nemo Tibi invidet.*

Vobis omnibus, Viri Clarissimi, longa et felix vita concedatur in Academiae et Patriae decus.

Vos quoque, amici commilitones, in quorum numero quatuor fratres habui, valete. Teneat nos semper illud vinculum amicitiae, quod adhuc nos tenuit.

Scribebam Arnhemiae
die V ante Idus Iunias
anni MDCCCLXXXIV.

DE UNIVERSA SCHOLIORUM INDOLE.

Scholia in Platonem, quae hodie circumferuntur [1]), ab auctoribus suis ex variis fontibus petita sunt. Namque alia debentur philosophorum commentariis, alia ex lexicis grammaticorum descripta sunt, alia aliunde corrasa. De tertio hoc genere Scholiorum atque de primo paucis absolvam, de secundo, i. e.

1) Primus Scholia in Platonem vulgavit J. P. Siebenkeesius in Anecd. Gr. Norimb. 1798. Multo plenius collegit D. Ruhnkenius, cuius editio prodiit L. B. 1800; Ruhnkenius Scholia illustrare in animo habuit et pauca quaedam illustravit. Vide edit. laud. pg.*255. Wyttenbach, Vita D. Ruhnkenii in Opusc. var. arg. tom. I pg. 699. Nova protulit Thom. Gaisfordius in Catalogo sive Notitia Manuscriptorum Clarkii, Oxon. 1812 et in libro: Lectiones Platonicae e membran. Bodl. Oxon. 1820. Haec omnia leguntur litteris S, R et O (Oxon. = Gaisf.) distincta in Scholiorum editione, quam curavit C. F. Hermann in Appendice Platonica, Lipsiae 1875. Scholia, quae Bekkerus, Creuzerus, Schneiderus, Stallbaumius, Schanzius protulerunt, aut aliunde iam nota erant aut parvi momenti sunt.

DISSERTATIO LITTERARIA

CONTINENS

OBSERVATIONES AD SCHOLIA IN PLATONEM.

huius poetae codice in Scholia translatam. E Galeno petita sunt, quae leguntur ibid. 185 C. Theophrasti historia plantarum adhibita est Schol. Rep. VI: 488 C et VIII: 560 C. Ptolemaei opus de arte musica laudatur Schol. Rep. III: 443 D. Postremo, ut in hoc finem faciam, Scholio ad Remp. I: 338 C de pancratio certamine, additum legimus: ταῦτα Φιλόστρατός φησιν ἐν τῷ περὶ γυμναστικῆς; indidem sumta sunt Schol. Rep. I: 338 C de Polydamante, atque Schol. Protag. 335 E de dolichodromis.

Accedo nunc ad tertium Scholiorum genus i. e. ad ea, quae e lexicis grammaticorum fluxerunt. In his sunt, quorum verbo meminisse sufficit. Passim occurrunt in Scholiis glossulae ex Timaei Sophistae lexico vocum Platonicarum; saepius adhibitum est Pollucis Onomasticon, quod nominatim laudatur Schol. Alcib. I: 105 A (ὡς Πολυδεύκης ἐν Ὀνομαστικοῖς, scil. VIII: 105), cf. Schol. Euthyphr. 2 A βασιλεύς, Rep. VIII: 550 C de populi Atheniensium partitione, Legg. IX: 855 C διαψήφισις, ibid. XI: 928 C δίκην λαχεῖν cum Poll. Onomast. VIII: 90; 130; 63 et 64; 28. Praeterea in Scholiis magna copia proverbiorum explicatur; quae explicationes partim debentur Neoplatonicorum commentariis, praecipue autem desumtae sunt ex Boethi lexicis Platonicis (cf. Naber. Proleg. ad Phot.), fortasse etiam ex libris Didymi et Tarrhaei, Zenobii et Diogeniani, atque e Pausaniae Atticistae lexico rhetorico (cf. Mettauer. l.l. pg. 105 sqq.). Cum autem et investigare ex quo fonte quaeque explicatio fluxerit vel fluere potuerit, integram disquisitionem requirere videatur,

et has explicationes ibi collectas esse viderim, ubi maximam utilitatem praebent, nempe in Corpore Paroemiographorum Graecorum, quod ediderunt Schneidewin et Leutsch, ubi suo quaeque loco explicatio e Scholiis laudatur, neque denique id agam, ut Scholia illustrem, sed quae in iis insunt grammatici argumenti a ceteris seponam atque colligam, omnes omittam.

Hisce de universa Scholiorum indole praemissis ad singula transire possum, atque primo capite agam de Scholiis, quibus glossae ex Diogeniani lexico continentur.

DE GLOSSIS DIOGENIANEIS.

Ex doctissimis disputationibus illustrium grammaticorum Alexandrinorum Eratosthenis, Polemonis, Aristophanis, Aristarchi, aliorum Didymus ille χαλκέντερος, qui Augusti aetate vixit, commentarios confecerat in permultos poetas cum comicos tum tragicos; quae Didymi lexica nactus Pamphilus, qui saepius ab Athenaeo testimonium dicere iubetur, ex copiis Artemidori, Hermonactis, Theodori, aliorum supplevit et in formam redegit doctissimi atque amplissimi lexici glossarum et rerum notabilium (περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων κατὰ στοιχεῖον). Hoc Pamphili lexicon in brevius contraxit Vestinus, Vestini epitomen Diogenianus. Diogeniani operis alteram editionem curavit Hesychius praeter aliorum opera ad-

hibitis Boethi lexicis Platonicis, cf. Naberus Proleg. ad Photii lexicon pg. 18, 67 [1]). Huius Diogeniani glossae insunt et in Scholiis Platonicis et in Photii lexico [2]);

---

1) Hugo Weberus (de Hesychii ad Eulogium epistula, Vimar. 1865. Untersuchungen über das Lexicon des Hesych. in Philol. Suppl. vol. III. pg. 451—624, impr. pg. 551 seqq.) contendit Diogenianum ipsum — non Hesychium — Boethi lexicis usum esse, ad quam opinionem probandam affert longiores Boethi explicationes plerasque misere contractas esse e. c. *παιδικά*, *Παναθήναια*, *τὴν ἄλλως*, *τευτάζειν*, *ὁμοῦ*. Tum Diogeniani duo opera exstitisse, alterum lexicon, *Περιεργοπένητες* inscriptum, quod Hesychius adhibuerit, alterum epitomen ex Pamphili thesauro excerptam hodieque deperditam. Quarum Weberi opinionum mihi innotuit haec ex libro laud. Leopoldi Cohn pg. 342, qui probat; illa ex dissertatione Mettaueri pg. 90, qui improbat, oppositis glossis quibusdam copiosis velut *Ἡρακλεία λίθος*, *αὐτὸ δείξει*, al. Utut est, in Diogeniani opere, quod in Hesychii recensione superest, glossas Boethi integras vel mutilas inesse constat. cf. Hesych. v. *διὰ πάντων κριτής*.

2) Saeculo nono Photius ille, qui postea Patriarcha Constantinopolitanus factus est, *λέξεων συναγωγήν* composuit, de quo lexico uberrime exposuit Naberus in Prolegomenis ad Photii lexicon (Leidae 1864); continentur hoc lexico secundum Naberum Proleg. pg. 7: „praeter glossas adventicias, excerpta e lexicis rhetoricis Aelii Dionysii et Pausaniae, Epitome quae dicitur Harpocrationis, Boethi utrumque lexicon Platonicum, Timaeus, denique glossae homericae et aliquot glossae sacrae." Secundum Schmidtium Quaest. Hesych. pg. xci Photius in unum conflavit „cum Diogeniani glossis selectis Dionysium juniorem et Pausaniam Atticistas, lexicorum rhetoricorum auctores Eudemum et Zosimum Gazaeum, denique Boethum et Timaeum Platonicos." Hodie nobis Photii lexicon non amplius integrum superest, verum dimidia parte interiit; quod damnum quodammodo resarciri potest lexicis Suidae, Etymologi Magni, Bachmanni. Nam Suidas integriorem Photii codicem nactus, quam nos hodie tenemus, cum pulvisculo in suam farraginem

qua via autem eo pervenerint, magna est dissensio inter viros doctos. Nam contendit Naberus Boethum glossas habere ex Diogeniano, non autem ipsum Diogenianum inspexisse, sed quaecumque Diogenianea habeat, ex Aelii Dionysii lexico rhetorico transcripsisse, qui Diogeniani opere usus sit. Ex his Dionysii et Boethi lexicis glossas Diogenianeas transiisse in Photium, ex solis Boethi libellis in Scholia Platonica. Contra Mauritius Schmidt glossarum Diogenianearum sat magnum numerum ex ipso Diogeniano vel Hesychio in Scholia fluxisse affirmat; nam praeterquam quod in iis quater laudetur Diogenianus nomine apposito, centum et undequadraginta locis Hesychium tam fideliter exprimere, ut aut hunc aut Diogenianum compilatum esse negari nequeat. Cf. Quaestiones Hesychianae pg. XCI. Atque idem Schmidtius iam antea monuerat in Didymi Chalcenteri fragmentis pg. 83 Photii fontem Diogenianum fuisse atque praeterea in Patriarchae lexicon complura Didymea immigravisse e Dionysii Pausaniaeque lexicis, quorum conditoribus aditus ad ipsum Didymum patefactus esset. Leopoldus Cohn, de Aristophane Byzantio et Suetonio Tranquillo

---

transtulit; sic certe credimus cum Cobeto atque Nabero, quamquam alii, e. c. Boysenus, aliam sententiam amplectuntur. Praeter Suidam Etymol. Magnus usurpavit Photium, itidem integriore codice usus. Lexicon Bachmanni autem ex Photio excerptum esse contendit Naberus, cuius de priore huius lexici parte, quam primus edidit I. Bekkerus in Anecdotis Graecis I: p. 321 seqq., suspiciones vide Prolegom. pg. 150 seqq.

Eustathi auctoribus, Lipsiae 1881, pg. 344 haec dicit: „Boethus autem cum alios tum praecipue Pamphilum auctorem secutus est; passim etiam Diogeniani Περιεργοπένητας inspexit, unde quater Diogenianus a Schol. Platonis laudatur; falso enim Naber statuit Boethum Diogeniani mentiones debere Aelio Dionysio." Alia profert Boysenus, de Harpocrationis lexici fontibus Quaestiones selectae, Kiliae 1876, pg. 61—66, non Dionysium et Pausaniam Diogeniano usos esse, sed hunc illis; tum adsentitur Schmidtio Photium ipsum inspexisse Diogeniani lexicon atque inde habere glossas Diogenianeas. Postremus omnium Mettauerus l.l. pg. 80 omnes glossas Diogenianeas a Scholiasta Platonis ex ipso Diogeniani opere desumtas esse opinatur: ne ullam quidem, inquit, glossam invenio in Scholiis Diogenianeam, quae certis argumentis probetur e Boethi lexicis transiisse in Scholiorum farraginem.

Videmus igitur, quanta sit dissensio de origine glossarum Diogenianearum in Scholiis Platonicis et apud Photium. Nunc quid ipse explorare potuerim, dicam. Comparatis omnibus glossis procul dubio recte statuere mihi videntur Schmidtius et Mettauerus Scholiastam ipsum Diogeniani sive Hesychii lexico usum esse.

Nullam glossam novi, qua luculentius hoc appareat, quam ea, quae est Schol. Ion. 533 D: Διογενιανὸς δὲ Μαγνῆτιν μὲν πλανᾶν λέγει τὴν ὄψιν λίθον, ὡς εἴη ἀργύρῳ ἐμφέρης, τὴν δὲ Ἡρακλεῶτιν ἐπισπᾶσθαι τὸν σίδηρον. Glossam e Diogeniano fluxisse per Boethum putat Naberus, cuius observationem Photius servaverit in voce Ἡρακλείαν

λίθον· τινὲς τὴν Μαγνῆτιν ἀπέδοσαν διὰ τὴν Ἡράκλειαν τῆς Μαγνησίας· ἔνιοι δὲ ὅτι ἡ μὲν ἐπισπωμένη τὸν σίδηρον Ἡρακλεῶτις, ἡ δὲ Μαγνῆτις ὁμοία ἐστὶν ἀργύρῳ κτἑ. Diogeniani glossam in his inesse non est cur negemus; Scholiastam autem hinc sua sumpsisse persuadere mihi non potui, postquam vidi, in ipsius Diogeniani lexico apud Hesychium glossam superesse iisdem plane verbis conceptam, quibus Scholiasta servavit. Evolve mecum Hesychium, apud quem legimus: Μαγνῆτις λίθος· αὕτη πλανᾷ τὴν ὄψιν, ἀργύρῳ ἐμφέρης οὖσα. ἡ δὲ Ἡρακλεῶτις τὸν σίδηρον ἐπισπᾶται. Errat igitur vir clar. Naberus Proleg. ad Photium pg. 63 affirmans „Diogeniani glossam, quae a Scholiasta servata sit, apud Hesychium interiisse" atque iniuria Ruhnkenio errorem exprobrat, qui rem recte perspexisse mihi videtur in Praefatione ad Hesychii lexicon pg. XI.

Praeter hanc glossam tres in Scholiis occurrunt Diogeniani nomine adscripto; sunt autem hae:

Schol. Lysid. 206 D: Ἑρμαῖα· λέγεται δὲ καὶ παίδων οὕτως ἀγὼν παρὰ Συρακοσίοις, ὥς φησι Διογενιανός.

Apud Hesychium periit, neque alibi comparet.

Schol. Hipp. Mai. 301 B. διανεκῆ· διὰ παντός. οὕτω καὶ Διογενιανός.

Schol. Legg. IV: 718 E. ἀνιδιτί· ἀνιδρωτί, ὡς ἐν τῷ Διογενιανῷ.

Supersunt apud Hesychium, altera (ἀνιδιτί) fortasse apud Suidam.

Quas glossas nullam causam novi cur potius aliunde a Scholiasta petitas esse putemus quam ex ipso Diogeniani lexico. Sed multo plures in Scholiis glossae

obviae fiunt, quae eaedem hodie in Hesychii lexico inveniuntur neque apud Photium eiusque compilatores occurrunt. Quarum lemmata deinceps apponam:

ἀδολέσχην	Schol. Rep, VI: 488 E.
ἀκινάκης	„ VIII: 553 C.
ἀλλόκοτον	Lysid. 216 A
ἀμπλακών	Phaedr. 242 C.
ἀναγωγή	Legg. XI: 916 A.
ἀναθέσθαι	Hipparch. 229 E.
ἀνεψιότης	Legg. IX: 871 B.
ἀνέδην	Hipp. Min. 368 A.
ἀνήσει	Parmen. 162 A.
ἀραῖος	Legg. XI: 931 B.
ἀσκωλιάζειν	Sympos. 190 D.
ἀσπάλαθος	Rep. X: 616 A.
ἀτάλλοισα	„ I: 331 A.
Ἀφίδνα	Gorg. 487 C.
ἀφίππους	Rep. I: 335 E.
βόμβαξ	Euthyd. 303 A.
γεγωνεῖν	Hipp. Mai. 292 D.
γεννῆται	Crit. 51 E.
γεώμορος	Legg. XI: 919 D.
διαριθμήσεται	Epinom. 978 B.
διονύσια	Rep. V: 475 D.
Διὸς ἐλευθερίου	Erux. 392 A.
δριμύτητα	Rep. VII: 535 B.
ἐλεγεῖα	„ II: 368 A
ἔμβραχυ	Gorg. 457 A.
ἐντείνοντες	Min. 321 A.

ἐξακεῖσθαι	Schol. Legg. X: 885 D.
ἐπ' αὐτοφώρῳ	Apol. Socr. 22 B.
ἐπιεικῶς	Charmid. 153 C.
ἐπ' οἰκήματος	„ 163 B.
ἐπουρίσῃ	Alcib. II: 147 A.
ἕψημα	Rep. V: 455 C.
ἦ	Phaedr. 262 A. Rep. V: 453 E Sisyph. 387 D.
ἡδυσμάτων	Rep. III: 403 D.
ἤνυτον	Sympos. 217 C.
ἴτης	„ 203 D.
κνῆ τυρὸν κνήστιδι	Io. 538 C.
κόθουροι	Legg. X: 901 A.
κολλόπων	Rep. VII: 531 B.
κολούεσθαι	Euthydem. 305 D.
κομιδῇ	Theaet. 155 A.
κομψῶς	Cratyl. 401 A. Politic. 285 A.
κονία	Rep. IV: 430 B.
Κυδαθήναιον	Sympos. 173 B.
κυκεών	Rep. III: 408 B.
λιπαρῶς	Protag. 315 E.
μέρμερος	Hipp. Mai. 290 E.
μέτοικοι	Legg. VIII: 850 A.
μῶν	Io. 530 A.
νεανιεύεσθαι	Gorg. 482 C.
ὀκρίβαντα	Sympos. 194 B.
πίλναται	„ 195 D.
πνίγει	Phaedr. 258 E.
πρεσβεύωμεν	Sympos. 186 B.
προῖκα	Legg. XI: 921 A.

προφερής	Schol. Euthyd. 271 B.
σκαληνός	Euthyphr. 12 D.
σκληφρός	Euthyd. 271 B.
στεῖχε	Hipparch. 229 A.
συρφετῷ	Theaet. 152 C.
ταλάντατον	Cratyl. 395 E.
τεκμηράμενοι	Legg. VIII: 849 E.
τὴν ἄλλως	Theaet. 172 C.
τρίβων	Sympos. 219 B.
ὑπέρδικοι	Phaed. 86 E.
ὑπερήφανος	„ 96 A.
φορμίσκων	Lysid. 206 E.
φορμίον	„ „
Χαλάστρα	Rep. IV: 430 A.
χαμεύνια	Sympos. 220 D.
Χόλαργος	Gorg. 487 C.
ψαλῖδα	Legg. XII: 947 D.
ψάλιον	„ III: 692 A.

Ad has glossas pauca quaedam observanda sunt.

Schol. Rep. VI: 488 E *ἀδολέσχην· μακρολόγον, φλύαρον.* Glossa docere potest, quo modo Scholiasta lexico suo usus sit, nam legimus apud Hesychium: *ἀδολέσχει· φλυάρει, μακρολόγει.* cf. gl. *ἀραῖος, ἀτάλλοισα, διαριθμήσεται, δριμύτητα, ἐντείνοντες* cum Hesychio in vv. *ἀραίας, ἀτάλλει, διαριθμουμένην, δριμύ, ἐντεῖναι.*

Schol. Sympos. 190 D *ἀσκωλιάζειν κυρίως μὲν τὸ ἐπὶ τοὺς ἀσκοὺς ἅλλεσθαι ἀληλιμμένους, ἐφ' οὓς ἐπήδων γελοίου ἕνεκα· τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν συμπεφυκόσι τοῖς σκέλεσιν ἀλλομένων· ἤδη δὲ τιθέασι καὶ ἐπὶ τοῦ ἅλλεσθαι τὸν*

ἕτερον τῶν ποδῶν ἀνέχοντα, ἤ, ὡς νῦν, ἐπὶ σκέλους ἑνὸς βαίνοντα. ἔστι δὲ καὶ τὸ χωλαίνειν.

Scholiasta hic integriore exemplari Diogenianei lexici usus est, quam nobis hodie in Hesychio superest, ubi legimus: ἀσκωλιάζεις· κυρίως μὲν τὸ ἐπὶ τοὺς ἀσκοὺς ἅλλεσθαι, ἐφ' οὓς ἀληλιμμένους ἐπήδων γελοίου ἕνεκεν.

Schol. Gorg. 487 C Ἀφίδνα· δῆμος Αἰαντίδος φυλῆς.

Verba apud Hesych. Ἀφίδνα· δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς mutilata esse videntur. Cf. Alberti ad Hesych., Interpretes ad Harpocrat. s. v. Θυργωνίδαι.

Schol. Euthyd. 303 A τὸ νῦν βόμβαξ λεγόμενον πύπαξ ἔλεγον, ὡς καὶ Λυκόφρων ᾠήθη. οὐκ ἔστι δέ. τὸ μὲν γὰρ πύπαξ τίθεται καὶ ἐπὶ σχετλιασμοῦ καὶ ἐγκωμίου, τὸ δὲ βόμβαξ οὐκέτι.

Hinc emendandus Hesych. s. v. πύππαξ; cf. Schmidt Didym. pg. 54.

Schol. Rep. V: 475 D Διονύσια ἑορτὴ Ἀθήνησι Διονύσῳ ἤγετο, τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ Λήναια μηνὸς Μαιμακτηριῶνος, τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος.

Plane eadem Hesych. et Lex. rhet. Bekk. pg. 235, 6, nisi quod hic pro Μαιμακτηριῶνος legitur Γαμηλιῶνος, apud illum Ληναιῶνος. Cf. O. Gilbert, die Festzeit der Attischen Dionysien. Gött. 1872, pg. 79. A. Mommsen. Heortolog. 1864 pg. 332.

Schol. Charmid. 163 B ἐπ' οἰκήματος· ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου, ὡς Λυσίας, ἢ ἐπὶ πορνείου, ὡς Ἀττικοί.

Hesych. mutilus est: οἴκημα· τὸ δεσμωτήριον, Ἀττικοὶ δὲ τὸ πορνεῖον. cf. Interpr. ad Harpocrat. s. v. οἴκημα.

Schol. Alcib. II: 147 A ἐπουρίσῃ· ἀποπέμψῃ, ἤ, ὡς νῦν, ἐφορμήσῃ.

Hesych. *ἐπούρισας· ἐφώρμησας* et *ἐπούρισεν· ὥρμησεν, ἀπέπεμψεν.* In vitio consentiunt, nam pro *ἀποπέμψῃ* legatur *ἐπιπέμψῃ.*

Schol. Rep. V: 455 C *ἕψημα δέ ἐστιν ὃ ἔνιοι ἐραῖον καλοῦσιν, οἱ δὲ γλυκύ.*

Hesych. in v. *ἕψημα· ὅπερ ἔνιοι σίραιον καλοῦσιν, ἄλλοι γλυκύ.* *Ἐραῖον* nihil est, sed *σίραιον* (ῐ) unice proba forma. Vide Pierson. ad Moerid. v. *σείραιον.*

Schol. Theaet. 155 A *κομιδῇ· πάνυ, παντελῶς· συναγωγή, ἐπιμέλεια. καὶ κομίστρια ἡ τροφός.*

Idem in Lex. rhet. Bekk. 267, 29, sed pro *πάνυ, παντελῶς* ibi est *πάμπαν, τελείως*, quae Diogenianea alienis admixtis leges apud Hesych. *κομιδῇ· ἄγαν, πάνυ, σφόδρα, παντελῶς· ἡ συλλογή, ἡ λῆψις, ἡ ἐπιμέλεια,* et post pauca *κομίστρια· ἐπιμελήτρια, τροφός.* cf. Schol. Symp. 215 D.

Schol. Cratyl. 401 A *κομψῶς· καλῶς, μετρίως.*

„ Politic. 285 A *κομψός· τωθαστής, γελοιαστής, ἡ καλός, ἡ μέτριος.*

Si componimus cum his ea, quae exhibet Hesych. *κομψόν· ἔντιμον, σπουδαῖον, γελοιαστήν, τωθαστήν, πανοῦργον, λάλον, στωμύλον, σκωπτικόν, ἐπίχαρι,* et *κομψούς· σπουδαίους, ἐντίμους, καλούς,* facile intellegimus hinc Scholiastam sua habere. Sed alia Scholia apponemus, ubi idem vocabulum *κομψός* explicatur: Schol. Gorg. 493 A. *κομψός· οὐ τὸν πιθανὸν, ἀλλὰ τὸν τεχνικὸν ἢ σπουδαῖόν φησι.* Schol. Clitophon. 409 D *κομψότατα· πιθανώτατα ἢ τεχνικώτατα ἢ σπουδαιότατα.* Schol. Rep. II: 376 A *κομψόν· νῦν τὸ σπουδαῖον καὶ ἀγαθόν· σημαίνει δὲ καὶ τὸ πανοῦργον καὶ ἀπατητικὸν καὶ πιθανὸν καὶ τεχνικὸν καὶ ἀστεῖον καὶ περίλαλον.* Quis dubitet,

quin haec indidem fluxerint, unde glossa apud Suidam: *κομψόν· περίτρανον, περίλαλον, πανοῦργον, ἀπατητικόν, πιθανόν, τεχνικόν, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀγαθὸν καὶ σπουδαῖον.* Horum fons incertus.

Schol. Legg. VIII: 850 A *μέτοικοί εἰσιν οἱ ἐνοικοῦντες ξένοι ἐν τῇ πόλει, καὶ τελοῦντες ἀνὰ δραχμὰς ιβ' τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὸ δημόσιον, καὶ τριώβολον τῷ γραμματεῖ. μετοίκιον οὖν ἐστὶ τέλος οὕτω καλούμενον, ὃ ἐτίθεσαν τῇ μὲν πόλει δραχμὰς ι', τῷ δὲ τελώνῃ τριώβολον.*

Utramque glossam eodem errore in numero *ι'* leges apud Hesych.

Schol. Io. 530 A *μῶν· μὴ αὖ, οὐ δή, ἆρα.*

Hesych. *μῶν· μή. οὐ δή. ἆρα.* Corrige apud utrumque *μὴ οὖν.*

Schol. Sympos. 194 B. *ὀκρίβαντα· τὸ λογεῖον ἐφ' οὗ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. τινὲς δὲ κιλλίβαντα τρισκελῆ φασίν, ἐφ' οὗ ἵστανται οἱ ὑποκριταὶ καὶ τὰ ἐκ μετεώρου λέγουσιν.*

Haec, ni fallor, Scholiasta ex Diogeniani sive Hesychii lexico petiit, ubi eadem leguntur in v. *ὀκρίβας*. Apud Photium est duplex glossa *ὀκρίβας*, quarum alteram: *ὀκρίβας· τὸ λογεῖον ἐφ' οὗ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο· καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος ἐν Συμποσίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι* Schwartzius recte tribuit Aelio Dionysio, qui Diogeniani lexicon adhibebat; priorem autem: *ὀκρίβας· σκηνή, ἰδίως πάντων τῶν λεγόντων· τὰ πλαστικὰ πήγματα ἐφ' οἷς διατυποῦσι τὰς εἰκόνας· καὶ τὰ ὑπερείσματα τῶν ξυλίνων θεάτρων· βέλτιον δὲ φαίνεται τὸ λογεῖον ἐφ' οὗ ἵστανται οἱ τραγῳδοί* cum Nabero tribuerim Boetho, cf. Naber. Proleg. ad Phot. pg. 60, ubi tamen de nonnullis minus recte iudicasse videtur.

Schol. Rep. IV: 430 A Χαλάστρα· πόλις τῆς Μακεδονίας καὶ λίμνη, ἔνθα τὸ Χαλαστραῖον νίτρον γιγνόμενον διὰ ἐνναετηρίδος πήγνυται, ὁμοίως δὲ καὶ λύεται.

Verba inde ab διὰ ἐνναετ. apud Hesych. perierunt.

Hae igitur glossae, numero LXXIII, quarum vix una atque altera apud Photium occurrit, ita tamen ut vel maxime incredulo non dubium esse possit, quin a Scholiasta e Diogeniani sive Hesychii lexico petita sit (e. c. πρεσβεύωμεν) satis superque demonstrare mihi videntur ipsum Diogeniani lexicon a Scholiasta adhibitum esse neque omnes glossas Diogenianeas ab eo e Boethi libellis desumtas esse, quae Naberi est opinio. Quod etiam certius redditur iis, quae his addam. Nam hic illic in Scholiis glossas deprehendi, ubi Diogenianea coniuncta vel immixta leguntur glossis, quas Photius servavit; quae Diogenianea miro certe casu apud Photium periissent, si lexicis ab eo adhibitis infuissent. Sed exempla proferam.

Prolegom. ad Photium pg. 66 Naberus haec scribit: „Est apud Hesychium locus e Pamphilo deinceps descriptus: Πνύξ· τόπος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ αἱ ἐκκλησίαι ἤγοντο πάλαι μὲν πᾶσαι, ΝΥΝΙ δὲ ἅπαξ ὅταν στρατηγὸν χειροτονῶσιν. Scholiasta autem Platonis Criti. 112 A h. e. Boethus Πνύξ· τόπος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἐκκλησίαι ἐγίγνοντο, πάλαι μὲν πᾶσαι, ὝΣΤΕΡΟΝ δὲ ἅπαξ, ὅταν τὸν στρατηγὸν χειροτονῶσιν."

Nunquam credam Boethum usum esse soloeca oratione, quam iure notavit Cobetus Mnemos. IV pg. 284 (a. 1876): recte habet γίγνεται ἐκκλησία νυνὶ ὅταν τὸν στρατηγὸν χειροτονῶσιν, sed vitiose dicitur ἐγίγνετο

ἐκκλησία ὕστερον ὅταν pro ὅτε τὸν στρατηγὸν ἐχειροτόνουν". Quae vero apud Scholiastam secuntur: ἐκλήθη δὲ οὕτως ἤτοι ἀπὸ τοῦ πυκνοῦσθαι τὸν ὄχλον ἐκεῖ ἢ ἀπὸ τοῦ πυκνὰ εἶναι τὰ περὶ αὐτὴν οἰκήματα, eadem habet Photius et similia traduntur in Lex. rhet. Bekk. 292, 30. Pulchra etymologia sapit Aelium Dionysium. Cf. Naber. Proleg. ad Phot. pg. 56 de Dionysii derivatione vocis κάκη et C. T. P. Schwartz ad Aelii Dionysii Halicarnassensis reliquias in v. ἀλιτήριοι.

Schol. Politic. 265 B νεαλής· ὁ πρόσφατος· κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἁλσὶ παττομένων ἡ λέξις. ἔστι δὲ καὶ ὁ νεωστὶ ἑαλωκὼς ἰχθύς, καὶ δὴ καὶ ὁ νεωστὶ ἁλισθείς.

Priorem Scholii partem usque ad παττομένων apud Hesych. invenies v. νεαλεῖς, alteram apud Photium.

Schol. Hipp. Min. 368 C λήκυθον δὲ ἀγγεῖόν τί φασιν Ἀττικοί, ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς ἔφερον τὸ μύρον, τὴν ἀλάβαστρον· ἀρσενικῶς δὲ τὸν ἀλάβαστρον Ἡρόδοτος. ἐχρῶντο δὲ καὶ ἀντὶ φασκωλίων ληκύθοις, ἅ ἐστι δερμάτινα βαλλάντια (φάσκωλος δὲ τὸ μέγα, εἰς ὃ τὰ ἱμάτια ἐμβάλλεται). διὸ καὶ τοὺς ἀπόρους αὐτοληκύθους ἔλεγον. λέγουσι δὲ καὶ τὴν λάγυνον λήκυθον καὶ τὸ μεταξὺ τοῦ λαυκανίου καὶ τοῦ αὐχένος ἠχῶδες, ὥς φησι Κλέαρχος.

Glossae apud Photium: λήκυθον· τὴν τοῦ μύρου Ἀττικοὶ καλοῦσιν ἀλάβαστον (Suid. ἀλάβαστρον)· ἀρσενικῶς δὲ τὸν ἀλάβαστον (Suid. ἀλάβαστρον) εἶπεν Ἡρόδοτος Naberus adscripsit: Adnotatio, quae plenius servata est a Schol. Plat. Hipp. Min. 368 C" his verbis indicans se Scholion habere pro integriore Boethi observatione. Qua in re falli mihi videtur vir clarissimus. Nam quamquam non nego Scholiastam aliam praeterea

glossam legere potuisse sive in Boetho sive alibi, unde noverit morem argentum in ampullis condendi atque pauperes dici αὐτοληκύθους — est autem apud Photium glossa λήκυθος· εἰώθεσαν ἐν ληκύθοις νομισμάτων ἔχειν νέων τινές, ὅθεν καὶ τοὺς ἐκδημοῦντας αὐτοληκύθους ἔλεγον — ad haec significanda Diogeniani verbis usus est. Verum ipsas glossas excitabo, quas in Hesychio hodie legimus: Φασκώλιον· βαλάντιον δερμάτινον. Φάσκωλος δὲ τὸ μέγα, εἰς ὃ τὰ ἱμάτια ἐμβάλλεται.
αὐτολήκυθοι· οἱ πένητες.
λήκυθος· τὸ μεταξὺ τοῦ λαυκανίου καὶ αὐχένος ἠχῶδες.

De his omnibus apud Photium ne verbum quidem; nam quod apud eum legitur v. Φασκώλιον nihil ad rem. Ad Herodoti locum (III: 20), ubi articulus abest, adnotavit Schweighaeuser: nec ferendus hoc loco ullo pacto videtur articulus, quem ad ἀλάβαστρον adiectum volunt Grammatici, nec absente articulo cognosci potest, utrum in masc. an in femin. genere vocabulum illud Herodotus usurparit. Quare suspicor Suidam et Photium, non inspecto Herodoto, perperam interpretatos esse superioris alicuius Grammatici observationem, qui monuerat non ἀλάβαστον, ut Attici solent, sed ἀλάβαστρον scripsisse Nostrum. De duplici illa vocabuli forma vide Brunck. ad Arist. Acharn. 1053, cuius monitum de Atticorum usu firmant ea, quae a nobis ad Athen. V: 206 c et VI: 268 a adposita sunt. Eo minus autem opus fuerat de masculino genere, quod huic vocabulo Herodotus tribuerit, monere, quoniam illud Atticos etiam scriptores eodem genere frequentasse constat, velut Aristoph. l. c. et Cratinus apud

Athen. VI: 268 a." Ipsum Grammaticum de masculino genere monuisse patet ex Scholio.

Schol. Rep. VIII: 553 C *τιάρα ἐστὶν ἡ λεγομένη κυρβασία. ἔστι δὲ κόσμος ἐπικεφάλαιος, ᾗ οἱ* Περσῶν *βασιλεῖς μόνοι ὀρθῇ ἐχρῶντο, οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένῃ.* Ἡρόδοτος *δὲ ἀρσενικῶς τὸν τιάραν φησί. τινὲς δὲ καὶ κίταριν λέγουσι τὸ αὐτό. Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ περὶ βασιλείας* Κυπρίων *εἶναι λέγει τὴν κίταριν.*

Hic quoque nihil aptius esse videtur quam ipsas glossas ex Photio et Hesychio adscribere, ut cognoscatur ratio Scholii. Habet Hesychius: *τιάρα· ἡ λεγομένη κυρβασία. ταύτην δὲ οἱ* Πέρσαι *βασιλεῖς μόνοι ἐχρῶντο ὀρθήν, οἱ δὲ στρατηγοὶ ὑποκεκλιμένην.* Ἡρόδοτος *δὲ ἐν α' ἀρρενικῶς.* Photius: *τιάρα· κόσμος ἐπικεφάλαιος, ἣν οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ* Πέρσαις, *οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένην. καὶ Δημάρατος κτέ. τὸ δὲ αὐτό φασιν εἶναι καὶ κίταριν· Θεόφραστος δ' ἐν τῷ περὶ βασιλείας* Κυπρίων *τὴν κίταριν ὡς διάφορον.* Cf. uterque v. *κυρβασία*. Sed quamquam Scholion conglutinatum esse existimamus, tamen non est, cur repugnemus Nabero ad glossam apud Photium adnotanti: Glossa est Platonica, cf. Schol. Rep. VIII: 553 C. Unde Boethus hauserit apparet ex Hesychio, qui similia tradit. Fons communis omnium est Pamphilus." Herodoti locus est I: 132. cf. Xenoph. Anab. II: 5 § 23.

Finem his imponam exscribendis tribus Scholiis ad Symposium.

Schol. Sympos. 193 A: *λίσπαι· αἱ λεῖαι καὶ ἐκτετριμμέναι καὶ ἄπυγοι λίαν, καὶ οἱ διαπεπρισμένοι ἀστράγαλοι. οἵ τε* Ἀθηναῖοι *λίσποι καλοῦνται τῷ ἐκ τῆς ἐν τῷ κωπηλατεῖν συνεχοῦς ἐφέδρας αὐτοὺς ἀπογλούτους εἶναι.*

Priora ex Hesychio desumta, apud quem legimus: *λίσπη· λεῖα, καὶ ἐκτετριμμένη. καὶ ἄπυγος λίαν.* Cetera conveniunt cum copiosa glossa Boethi apud Photium: *λίσπαι· οἱ μέσοι διαπεπρισμένοι ἀστράγαλοι καὶ ἐκτετριμμένοι· καὶ λίσπη γλῶσσα ἡ ἐπιτετριμμένη· λέγονται δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιθετικῶς λίσπαι διὰ τὸ ναυτικοὺς ὄντας ἕνεκα τῆς ἐν τῷ κωπηλατεῖν συνεχοῦς ἐφέδρας ἀπογλούτους εἶναι κτέ.*

Ibid. 213 E *ψυκτὴρ σκεῦος ἔνθα διανίζουσι τὰ ποτήρια, ἢ ποτηρίου εἶδος, ὡς Εὐριπίδης Τηλέφῳ.*

Prior Scholii pars apud Phot., altera apud Hesych. sed testimonio ut saepe omisso.

Ibid. 221 E *κανθηλίους· τοὺς βραδεῖς νοῆσαι ἢ ἀφυεῖς, ἀπὸ κάνθωνος, ὅς ἐστιν ὄνος, εἰρημένοι, ὃς πάλιν ἀπὸ τῶν κανθηλίων, τῶν ἐπιτιθεμένων αὐτῷ ἐπικάμπτων ξύλων, τουτέστι σαγμάτων, ὀνομάζεται οὕτως.*

Phot. *κανθήλιος· βραδὺς νοῆσαι ἢ ἀφυής* et *κάνθων· ὄνος.* Hesych. *κανθήλια· τὰ ἐν τῇ πρύμνῃ τῆς νεὼς ἐπικαμπῆ ξύλα, τιθέμενα πρὸς σκηνοπήγια. καὶ τὰ σάγματα τῶν ὄνων, καὶ τὰ τούτοις ἐπιτιθέμενα λύγινα πλέγματα.* In Scholio pro *ἐπικάμπτων* legendum *ἐπικαμπῶν* cum viro clar. van Herwerden, qui haec mecum communicavit: cum exstarent *ἐπικαμπής* et *ἐπικάμπιος*, Graeci nunquam adiectivum verbale *ἐπικάμπτος* formasse videntur.

Ex his omnibus igitur perspicuum mihi esse videtur Scholiastam ipsum Diogeniani sive Hesychii lexicon adhibuisse, neque omnia Diogenianea a Boetho accepisse. Hinc fit ut etiam de ceteris glossis dubitare liceat, qua via in Scholia (atque in Photii lexicon) pervenerint. Quam quaestionem difficillimam, de qua

dissentire inter se Schmidtium et Naberum supra vidimus, dirimere non possum. Nam glossae plerumque ita comparatae sunt, ut nil peculiare habeant, cur hanc illamve sententiam magis probes. Nonnullas autem undevis potius quam e Boethi libellis in Scholia (et in Photium) fluxisse, pro certo habendum est. Quod ut pateat, exemplum afferam in paucis illustre, quo iam Schmidtius usus est. In Epistola Platonica VIII: 353 E legitur τέμνειν φάρμακον, quod significat remedium afferre. Scholiasta autem explicat: τέμνειν φάρμακον· πείθειν, τιμᾶν, ἡγεῖσθαι, ὡς οἶμαι νῦν. Nimirum, inquit Schmidtius Quaest. Hes. pg. xcv, in Diogeniano legit aeolicum τέμμειν explicatum vocibus πείθειν, τιμᾶν, ἡγεῖσθαι, quocum conf. ἐπετέμετο· ἐπετίμησεν, sed legere sibi visus est τέμνειν. Hoc est Platonem interpretari. Quamquam tam ineptum nihil est, ut non inveniat homines ineptiores, qui admirentur. Certe Photius 575, 12. Bachm. anecd. 384, 5 non modo Diogenianum recoquunt, sed etiam Scholiorum sordes τέμνουσι φάρμακον· τιμῶσι, ἡγοῦνται. οὕτως ἄλλοι τε καὶ Ἱεροκλῆς. Itaque nisi verum Scholiastae nomen adhuc sub ἄλλοις latet, Hierocles audiebat homo ineptissimus." Hoc igitur Boetho abiudicabimus. Hierocles iste quinquies a Photio laudatus est. Cf. Naber. Proleg. pg. 127. Neoplatonicum fuisse Platonis interpretem, qui saeculo post Chr. v° vixerit et Φιλοσοφούμενα scripserit, haud spernenda est Mettaueri opinio, l.l. pg. 98. Alias ineptias id genus vide Schol. Phaedr. 254 E ὕσπληξ, Axioch. 371 E ἐναχύσασθαι, Protag. 337 D πρυτανεῖον, de quibus cf. Schmidt. Q. Hes. pg. xcii, xciii. Sed etiam hisce

missis non semper recte Naberum in glossis apud Photium ad Scholia Platonica provocasse indicavit et demonstravit Mettauer pg. 76 seqq. afferens Schol. Legg. IX: 855 D κατὰ τὸ στόμα, Rep. X: 607 B λακέρυζα, Axioch. 365 A συνειλεγμένον τὰς ἀφάς, adde Legg. XII: 969 B ὕπαρ, Tim. 25 D τέναγος, in quibus glossis apud Photium Naberus haec Scholia laudat, cum contra uterque, Photius et Scholiasta, sua multo potius ipsi Diogeniano debeat. Operae pretium est gl. τέναγος paullo accuratius considerare. Habet Schol. Timae. 25 D: τοῦτο καὶ οἱ τοὺς ἐκείνῃ τόπους ἱστοροῦντες λέγουσιν, ὡς πάντα τεναγώδη τὸν ἐκεῖ εἶναι χῶρον. τέναγος δέ ἐστιν ἰλύς τις ἐπιπολάζοντος ὕδατος οὐ πολλοῦ καὶ βοτάνης ἐπιφαινομένης τούτῳ, ἢ πηλώδη πελάγη, ἢ διάβροχοι ἢ κάθυγροι τόποι. Prior pars Scholii ex Procli comment. pg. 58 B fluxit, tum voci τεναγώδης explicationem vocis τέναγος Scholiasta addidit ex Diogeniano. Cf. Hesych. Nam cum nusquam apud Platonem τέναγος vel τεναγώδης legatur, nulla causa erat, cur haec vox in lexico Platonico explicaretur, et fere constat Scholiastam atque Photium — qui eadem praebet atque Scholiasta — huius vocis explicationem a Diogeniano accepisse. Verum ne ipse quidem Naberus in his semper sibi constat, qui glossas στείχειν et ὅμαδον apud Photium inter Homericas retulerit, quamquam eodem iure, quo alias, laudare potuerat Schol. Hipparch. 229 A et Rep. II: 364 E. Esse autem, quae Naberi opinioni faveant, hoc minime negaverim, ut:

Schol. Phaedr. 234 D γάννυσθαι· φαιδρύνεσθαι, χαίρειν, διαχεῖσθαι.

Eadem Suidas, contra Hesych. γάνυται· χαίρει, εὐφραίνεται, λαμπρύνεται, καὶ γελᾷ, ἥδεται. et γανύσεται· χαρήσεται, διαχυθήσεται, αὐξηθήσεται, εὐφρανθήσεται. cf. Lexic. rhetor. Bekk. 230, 7 et 9. Vera forma est γάνυσθαι.

Schol. Rep. III: 411 A γεγανωμένος· λελαμπρυσμένος.

Idem Phot.; Hesych. γεγανωμένη· λελαμπρυσμένη.

Schol. Legg. XII: 962 C τοπάζειν· στοχάζεσθαι, ἐνθυμεῖσθαι, ὑπονοεῖν, καὶ ὑποτοπεῖν δέ.

Photius satis accurate convenit. Hesych. similia, sed s. lemmatt. τοπάζει et τοπάσαι. Cf. Schol. Gorg. 489 C.

Schol. Axioch. 364 B ἐπιτωθάζων· ἐπιλοιδορούμενος, ἢ ἐπεμβαίνων, ἢ χλευάζων ὡς νῦν, ἢ καυχώμενος.

Idem Suidas. cf. Hesych. in vv. ἐπιτωθάζει et ἐπιτωθάζοντες.

De Scholio Theaet. 164 E προπηλακίζομεν (cf. Schol. Gorg. 483 B, Rep. I: 329 B, VII: 536 C) collato cum Phot. s. v. προπηλακίζων et Hesych. s. v. προπηλακίζει dubito; item de Schol. Phaedr. 243 B παλινῳδία coll. Bachm. lex. et Hesych. s. v.

Dixi modo glossas plerumque ita comparatas esse, ut nihil peculiare habeant, cur Naberi sententiam magis probes quam Schmidtii. Quod ut uno alteroque exemplo perspicuum fiat, primum excitabo:

Schol. Apolog. Socr. 18 C. ἐρήμη δίκη ἐστίν, ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ διωκόμενος ἐπὶ τὴν κρίσιν καταδιαιτηθῇ.

Idem Photius, atque Naberus glossam ad Boethum refert Proleg. pg. 61. Sed idem quoque Hesychius, a quo Scholiastam sumpsisse censet Schmidtius Quaest.

Hes. pg. xcii. Apud Hesych. legitur διαιτηθῇ, apud Suid. et in lex. Bachm. καταδικασθῇ.

Altero exemplo utar:

Schol. Hipp. Min. 372 E καταβολή· τὸ ἐπιβάλλον· Εὐριπίδης Τημένῳ καὶ Πελιάσι. λέγεται δὲ οὕτω καὶ ἡ τοῦ πυρετοῦ περίοδος καὶ ὁρμή, καὶ μερίς, καὶ ἱερὰ νόσος, τὸ χρεών, τὸ καθῆκον, θυσία, τελετή, τὰ νομιζόμενα.

Idem Hesych., apud quem pro τὸ χρεών rectius legitur καὶ τέλος τῶν χρεῶν, atque huc Scholion refert Schmidt. l.l. Ad Photium autem, qui non habet nisi καταβολή· τὸ ἐπιβάλλον, adnotavit Naberus: Apud H. St. IV: 1030 D existimatur Schol. Plat. exscripsisse Hesychium; hoc quidem non affirmaverim, si quidem constat utrumque usum fuisse Boethi libello." Cf. prior glossa καταβολή apud Photium ibique Naber.

Eiusdem generis glossae sunt:

ἁγνῶς	Schol. Euthyphr. 2 B.
ἀκεῖσθαι	Rep. II: 364 C.
ἀνερμάτιστα	Theaet. 144 A.
ἀτρίξ	„ 155 E.
βλαυτία	Sympos. 174 A.
γλίσχρως	Rep. VIII: 553 C.
ἐπισίτιοι	Rep. IV: 420 A.
εὐκράς	Criti. 112 D.
ἐφικέσθαι	Hipp. Mai. 292 A.
ἦα	Apol. Socr. 21 E.
κάρτα	Tim. 25 D.
καταδεδαρθηκώς	Sympos. 219 C.
καταλογάδην	Legg. VII: 811 E.

κατὰ πόδα	Schol.	Sophist. 243 D.
κατέδαρθεν		Apol. Socr. 40 D.
λῆμμα		Legg. X: 906 B XI: 920 C.
μονονουχί		Axioch. 365 B.
μύρτα		Epist. XIII: 361 B.
ὁσημέραι		Charmid. 176 B.
παιδοτρίβην		Lysid. 207 D.
περιδίνων		Legg. VI: 777 C.
συνέριθοι		„ X: 889 D.
τέγγεσθαι		„ IX: 866 D. Rep. II: 361 C.
τητώμενα		„ VII: 810 B.
τίτθη		Rep. I: 343 A.
ὑποβρύχιαι		Phaedr. 248 A.

In his igitur glossis Scholiasta, Hesychius et Photius (sive Suidas) ad verbum plerumque inter se conveniunt. In aliis Hesychius nonnihil differt a Scholiasta et Photio (s. Suida) inter se idem tradentibus; neque tamen inde apparet has non e Diogeniano a Scholiasta petitas esse, nam hodie integrum Diogenianum non tenemus, sed ab Hesychio nonnihil refictum. Huius generis glossas e Scholiis collegi hasce:

ἀκρόδρυα	Schol.	Criti. 115 B.
ἄλλως		Rep. VI: 494 B.
ἀπέκναισε		„ III: 406 A.
ἀστεῖος?		„ I: 349 B.
ἀτάρ?		Theaet. 142 C.
ἀτεράμων		Legg. IX: 853 D.
αὐτίκα		Gorg. 459 C.

γέρρα	Schol.	Lach. 191 C.
ἐγκαθέτους		Axioch. 368 D.
εἰλήσεων		Rep. II : 380 E.
εἵλωτες		Alcib. I: 122 D.
ἐνεούς		„ II: 140 D.
ἐντέτηκε		Menex. 245 D.
ἐξομοργνύμενον		Legg. VI: 775 D.
ἐξ ὑπογυίου		Menex. 235 C.
ἐπίδοξοι		Theaet. 143 D.
ἐπιστολή		Epp. VII: 337 E.
ἦ μήν		Apol. Socr. 22 A.
καθικέσθαι		Axioch. 369 E.
κῶμοι		Rep. IX: 573 C.
μετόν		Legg. X: 900 E.
νεογιλός		Alcyon. 110.
νεωκορήσει		Rep. IX: 574 D.
νηποινεί		Legg. IX: 874 C.
ὀριγνωμένη		Axioch. 366 A.
οὐ μήν		Legg. VII: 822 C.
παρ' ἀκαρῆ		Axioch. 366 C.
πριάμενος		Legg. XI: 915 E.
ῥύμας		Epinom. 983 C.
σφακελισμός		Timae. 84 B.
φελλεύς		Criti. 111 B.
φωρᾶν		Legg. XII: 954 A.
χρῆν		„ I: 630 D. 633 A.

Ut ipse lector iudicare possit pauca exscribam.

Schol. Lach. 191 C *γερροφόροις· τὰ σκεπάσματα πάντα οἱ Ἀττικοὶ γέρρα ἔλεγον. τινὲς δὲ δερμάτινα σκεπάσ-*

ματά τινα καὶ Περσικά, οἷς ἀντὶ ἀσπίδων ἐχρῶντο. οἱ δὲ γέρρα τὰς σκηνάς φασι, καὶ γερροφόρους τοὺς τὰ εἰρημένα φέροντας.

Priorem Scholii partem Suidas ad verbum exhibet, Hesychius haec: *γέρρα· τὰ σκεπάσματα πάντα ἢ τὰ δερμάτινα σκεπάσματα.* Cum secunda *οἱ δὲ γέρρα κτέ.* conf. Hes. *γέρρα· τὰς σκηνάς* et Harpocr. in v. Intellegitur Demosthenes, qui sic dixit pro Ctesiphonte § 169.

Schol. Alcib. I: 122 D *Εἵλωτες παρὰ Λακεδαιμονίοις οἱ νόθοι καὶ ἐξ αἰχμαλώτων δοῦλοι γενόμενοι, ἀπὸ τοῦ Ἕλους, πόλεως ἐν Πελοποννήσῳ·*

καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον

φησὶν Ὅμηρος. καὶ εἱλωτεία ἡ δουλεία.

Idem Suidas, apud quem Homeri locus (Il. B: 594) deest. Hesych. habet: *Εἵλωτες· οἱ Λακεδαιμόνιοι δοῦλοι. οἱ παρὰ Λάκωσι δουλεύοντες.* Similia leguntur in lex. rhet. Bekk. 246, 16: *Εἵλωτες· οἱ δοῦλοι τῶν Λακεδαιμονίων. ἐκλήθησαν δὲ οὕτως, ἐπειδὴ ἡττήθησαν πρῶτον ἐν τῷ Ἕλει καὶ ἐδουλώθησαν,* quae Boysenus pg. 47 propter seriem verborum, in qua leguntur, ad Aelium Dionysium refert. Dionysius autem adhibebat Diogenianum.

Schol. Timae. 84 B *σφακελίσαν· σφακελισμός ἐστι σῆψις μυελοῦ, καὶ σφάκελος ἡ μετὰ σπασμοῦ τῆς χολῆς πρόεσις. ὁ δὲ σπασμὸς οὗτος μετὰ φλεγμονῆς. ἰατροὶ δὲ τὴν μελανίαν ἢ τὴν σφοδρὰν ὀδύνην, ἔνιοι δὲ τὴν τῶν ὀστέων σῆψιν. λέγεται δὲ καὶ ὁ σφυγμὸς καὶ ὁ παλμός. ἀλλὰ καὶ ὁ μέσος τῆς χειρὸς δάκτυλος.*

Similia Photius. Utrumque, Phot. et Schol., ipsum Diogenianum adiisse, contendere ausim. Vide Hesych.: *σφακελισμὸς γὰρ καὶ σφάκελος ἡ ἄμετρος ὀδύνη· καὶ ἡ*

μετὰ σπασμοῦ τῆς χολῆς πρόεσις· καὶ ἡ τῶν ὀστέων σῆψις. Quae apud eundem Hes. leguntur: σφακελίσαν· κακωθέν, καταφθαρέν glossa Platonica, nostrum locum spectans, esse videntur.

Schol. Criti. 111 B φελλεύς· τόπος σκληρὸς ποσῶς καὶ πετρώδης, συνεργὴς δέ. οἱ δὲ τὸν ἐξ ἐπιπολῆς πετρώδη.

Usque ad πετρώδης idem apud Phot. Pro συνεργής lege δυσεργής ex Hesych., qui cum Scholiasta convenit.

Sunt quoque glossae, ubi Photius et Hesychius magis conspirent, Scholiasta paullum differat e. c.

ἀμέλει	Schol. Hipp. Mai. 295 B.
ἀπέκναισε	Rep. III: 406 A.
δεινοί	Cratyl. 424 C.
ἐκ τοῦ παραχρῆμα	Sympos. 185 C.
θανατῶσι	Phaed. 64 B.
κορυζῶντα	Rep. I: 343 A.

in aliis contra Photius paullisper discrepat a Scholiasta et Hesychio, qui idem tradunt e. c.

ἀκταίνειν	Schol. Legg. II: 672 C.
ἀνέφικτα	Alcyon. 110.
ἀρνακίδες	Sympos. 220 B.
βοτά	Menex. 237 D.
ἐννέωρος	Min. 319 B.
ἔρανος	Legg. XI: 915 E.
εὐλαί	Axioch. 365 C.
θρᾶττον	Phaed. 86 E Parmen. 130 D.
Κεραμεικῷ	Parmenid. 127 C.
κῆδος	Rep. X: 605 D.

Καλλιρρόη	Schol. Axioch. 364 A.
κνώδαλα	„ 365 C.
λέμμα	Timae. 76 A.
Λυκαβηττός	Criti. 112 A.
μέλλει	Rep. VIII: 566 E.
πολλοῦ δεῖ	Charmid. 166 C.
σκολύθρια	Euthydem. 278 B.
τραγήματα	Rep. II: 372 C.

Hae igitur glossae sunt, de quibus, qua via in Scholia pervenerint, quaeri potest. Dixi supra me non dirimere posse utra sententia rectior sit, Schmidtii an Naberi. Fieri tamen non potuit, quin glossas inter se comparanti sensim mihi opinio subnasceretur, quam liceat proferre. Mihi quidem in universum Schmidtii sententia probabilior esse videtur.

1° quia glossae plerumque nihil habent, quo peculiariter ad Platonem referantur.

2° quia vix verisimile est Boethum errores commisisse, qualis est apud Photium, Scholiastam et Hesychium in v. *λῆμμα*.

3° quia glossae *σφακελισμός* et *τέναγος*, quas Phot. et Schol. habent, procul dubio non ex Boetho fluxerunt, sed ex ipso Diogeniano. Consensu igitur Photii et Scholiastae non conficitur glossam e Boetho provenisse; itaque multo magis Photius ipse Diogenianum vel excerpta ex Diogeniano adhibuisse videtur.

Haec argumenta in re dubia sufficiant. Multo praestat Scholia percurrere atque ea adnotare, quae e

lexico integriore Diogeniani, quam hodie in Hesychio superest, fluxisse videntur.

Schol. Phaed. 65 B ἦ δ' ὅς· ἐὰν μὲν ᾖ δύο μέρη λόγου, ἔσται ἔφη δὲ ὅς, τουτέστιν ἔφη δὲ οὗτος· οἱ δὲ λέγουσιν ὅτι αὐτὸ μόνον σημαίνει τὸ ἔφη. ἐὰν δὲ ᾖ ἓν μέρος λόγου, ἔσται φίλος ὡς Ἀθηναῖοι, ἢ ὄφελος ὡς Αἰγινῆται, ἢ ὄξος ὡς Χαλκιδεῖς, ᾧ πρὸς τὰ ἱερὰ χρῶνται. τάττεται δὲ ἐπὶ παντὸς προσώπου καὶ ἀριθμοῦ, ὡς τὸ ὦ τᾶν.

Glossam ex Diogeniano desumtam esse censet Schmidtius, quem potius sequimur quam Naberum ad Photium v. ἦ δ' ὅς. Cf. Hesych. v. ἦδος et ἄδος. Neminem unquam dixisse ἦδος pro φίλος habeo persuasissimum. De significatione ὄφελος cf. Il. Σ: 80, Α: 576 ubi Scholia: ἦδος· ἡδονή, ὠφέλεια. Acetum significasse vide apud Athenaeum 2, 67 C, Polluc. 6: 65, Zonaram pg. 1457 (Cyrenaeos sic dixisse), Aelium Dionysium apud Eustathium 1417, 21. Verba Scholii: τάττεται δὲ ἐπὶ κτέ. si spectant vocem ἦδος (= φίλος), recte se habent, sin vero ἦ δ' ὅς, error subest. Vide Naber. l.l.

Schol. Theaet. 160 E ἀμφιδρόμια· ἡμέρα πέμπτη τοῖς βρέφεσιν ἐκ γενέσεως, οὕτω κληθεῖσα παρ' ὅσον ἐν ταύτῃ καθαίρουσι τὰς χεῖρας αἱ συνεφαψάμεναι τῆς μαιώσεως, καὶ τὸ βρέφος περὶ τὴν ἑστίαν φέρουσι τρέχουσαι κύκλῳ, καὶ τοὔνομα τίθενται τούτῳ, δῶρά τε πέμπουσι τῷ παιδίῳ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολύποδας καὶ σηπίας, οἵ τε φίλοι καὶ οἰκεῖοι καὶ ἁπλῶς οἱ προσέχοντες.

Apud Suidam adeo similia leguntur, ut dubitari non possit, quin indidem fluxerint; via tamen diversa. Nam quae in Scholio leguntur, collato Hesychio statim ex Diogeniano petita arbitror a Scholiasta; quae vero

Suidas habet ea per Dionysium (vel Pausaniam) e Diogeniano in Photium, inde in Suidam pervenisse; in eo etiam differunt glossae Scholiastae (= Hes.) et Suidae, quod apud hunc est: τῇ δεκάτῃ δὲ τοὔνομα τίθενται. Cf. Harpocrat. v. ἑβδομευομένου, Schömann, Griech. Alterth. II pg. 563. A Dionysio (s. Pausania) locum nostrum e Platone additum fuisse credo propter Etymolog. M. v. ἀμφιδρόμια· ... τὸ δ' αὐτὸ ποιοῦσι καὶ μετὰ σκευῆς τὰ βρέφη περὶ τὴν ἑστίαν περιφέροντες ... μέμνηται Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ· Τοῦτο μὲν δὴ κτέ. cf. Lex. rhet. Bekk. 207, 13. Harpocrat. v. ἀμφιδρόμια.

Schol. Sympos. 191 D ἰχθύδιόν τι τῶν πλατέων ἡ ψῆττα, ἐκ δύο δερμάτων συγκεῖσθαι τὴν ἰδέαν δοκοῦν, ὅ τινες σανδάλιον λέγουσιν, οἱ δὲ βούγλωσσον· κακῶς δέ· ἄλλα γάρ ἐστι ταῦτα.

Diogeniani glossa, quam minus integram servavit Hesychius. cf. Suidas in voce.

Schol. Anterast. 135 E πένταθλοι οἱ τὸν ἀγῶνα τὸν πένταθλον ἀγωνιζόμενοι. ἔστι γὰρ

πένταθλος οὗτος τοῖς νέοις ἀγωνία
πάλη, σίγυννος, ἅλμα, δίσκος καὶ δρόμος.

σίγυννος δέ ἐστι ξυστὸν δόρυ· παρ' Ἡροδότῳ δὲ τὸ ὁλοσίδηρον ἀκόντιον. πέλτη δὲ ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα [ἢ τετράγωνος, ἣν οἱ φοροῦντες λέγονται πελτασταί, ἢ τοξόται, ἢ οἱ τοὺς ξυστοὺς κατέχοντες.]

Apud Platonem legitur: δοκεῖς γάρ μοι λέγειν οἷον ἐν τῇ ἀγωνίᾳ εἰσὶν οἱ πένταθλοι πρὸς τοὺς παλαιστάς. Quid Scholiasta? Adscripsit ad hunc locum notum versiculum, cui interpretationes addidit ex Diogeniano (s. Hesych.). Quid enim σίγυνος, quid πέλτη sit, iisdem verbis apud Hesych. explicatum videmus, Herodoti

tamen loco (V: 9) omisso. De iis, quae in Scholio unciuis inclusi, infra dicendi locus erit.

Schol. Charmid. 161 E *στλεγγίδα· στλεγγὶς ξύστρα· τὸ πάλαι δὲ ἡ τοῦ καλάμου κόμη παρὰ Λάκωσιν, ᾗ ἀπεμάσσοντο. στλεγγίσματα δὲ τὰ περιξύσματα. κυρίως δὲ καλάμιναι ξύστραι. ὁ δὲ Θυατειρηνὸς στλεγγίδα μὲν τὴν ξύστραν, στλαγγίδα δὲ τὸ χρυσοῦν στεφάνιον.*

Glossam e Diogeniano desumtam esse putat Schmidtius Quaest. Hes. pg. xcIII, quem sequor. Naberus ad Phot. v. *στλεγγίς* de glossa Platonica cogitare videtur, itaque e Boethi libello fluxisse. Hesychius nihil habet nisi *στλεγγίς· ξύστρα. στλέγγισμα· ὁ ἀπὸ τῶν ἀποξυσμάτων γλοιός.* et *πλανίς* (Schmidt. *στλαγγίς*)· *τὸ τῆς νύμφης χρυσοῦν διάδημα.* Qui in Scholio *ὁ Θυατειρηνός* dicitur Nicander est.

Schol. Rep. VIII: 553 C *στρεπτούς· ὅρμους περὶ τὸν τράχηλον ἢ τὰς χεῖρας, οὓς καὶ στεφάνους χειρῶν λέγει Ἴων ἐν Φρουροῖς.*

Hesychius: *στρεπτοί· ὅρμοι. τὰ περὶ τὰς χεῖρας ψέλια.*

ibid. 566 E *μέλλει· ἔοικεν, φαίνεται, δοκεῖ, ὡς νῦν. παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ ἐν Τρωΐλῳ, μένει.*

Lexicographo librarii error ΜΕΝΕΙ pro ΜΕΛΛΕΙ apud Sophoclem imposuisse videtur. Hesychius: *μέλλει· φαίνεται, ἔοικε, δοκεῖ. ἢ μένει.*

Schol. Alcyon. 110 *ἀνέφικτα· ἀδύνατα καταληφθῆναι.* Postremum vocabulum addatur apud Hesych. in v.

Schol. Erux. 400 E *Ἐρατοσθένης σίσυραν φησι στέγαστρον ἐξ αἰγείων δερμάτων τετριχωμένων, σίσυρναν δὲ τὸ ἐκ τῶν κωδίων ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον,* [*ὃ γούνναν φασίν.*]

Collato Hesychio s. vv. *σισύρα* et *σίσυρνον* haud te-

mere dicas haec e Diogeniano fluxisse. Uncinis inclusa aliunde petiit Scholiasta. Cf. Schmidt Didymi Chalcenteri fragm. pg. 62.

Praeter has glossas etiam aliae in Scholiis insunt, quas non iniuria ad Diogenianum s. Hesychium retuleris, e. c. ἀτεχνῶς Schol. Euthyphr. 3 A, ὁμόσε ἰέναι ibid. 3 C, παιᾶνας Sympos. 177 A al. Quia autem nihil continent, quod hodie in Hesychio desideramus, exscribere supersedeo et transeo ad ea, quae e lexicis rhetoricis fluxisse videntur.

DE GLOSSIS LEXICORUM RHETORICORUM.

Lexicorum rhetoricorum auctores fuerunt Aelius Dionysius Halicarnassensis et Pausanias, de quibus accurate dixerunt, de Aelio Dionysio Cobetus in Mnemosynes volumine X pg. 50 seqq. (a. 1861), Naberus in Prolegomenis ad Photii lexicon pg. 24 seqq., Walterus Rindfleisch in dissertatione de Pausaniae et Aelii Dionysii lexicis rhetoricis, Regimonti 1866, C. T. P. Schwartz in Praefatione ad Aelii Dionysii reliquias, Trai. ad Rhen. 1877, de Pausania Naberus l.l. pg. 39 seqq., Rindfleisch l.l., F. Goslings in Observationibus ad Scholia in Thucydidem, Lugd. Bat. 1874, pg. 47, neque opus est hic omnia repetere, quae illi egregie disputarunt. Navaverat uterque, Dionysius et Pausanias, haud inutilem operam Platoni. cf. Naber

pg. 28 seqq.; quae autem ex eorum operibus in Scholiis supersunt, in iis vestigia interpretationis Platonicae prorsus deesse recte observavit Mettauerus l.l. pg. 93. Itaque de hisce eorum studiis dicere non necesse est; paucis tamen de universa ratione atque natura lexicorum, quae composuerunt, disserendum. Aeliani operis indolem et praestantiam his verbis Photius in Bibliothecae Codice 152 nobis declarat: *χρησιμώτατος δὲ ὁ πόνος οὗτος τοῖς τε ἀττικίζειν ἔχουσι φροντίδα καὶ τοῖς τῶν ἀττικῶν συγγραμμάτων ἐνομιλεῖν προαιρουμένοις· ὅσαι τε γὰρ ἐπιχωριάζουσι λέξεις τοῖς Ἀθηναίοις περί τε τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς δίκας ἐντεῦθέν ἐστιν ἐκμαθεῖν· καὶ εἴ τι ἄλλο ἰδιοτρόπως αὐτοῖς λέγεται, οὐ χαλεπὸν εὑρεῖν· μάλιστ' εἴ τις μὴ τοὺς τῆς πρώτης ἐκδόσεως μόνον τόμους διερευνοίη, ἀλλὰ καὶ τῆς δευτέρας ἐκδόσεως καὶ αὐτοὺς πέντε τόμους ὄντας καὶ ἀπὸ τοῦ α μεχρὶ τοῦ ω τὰς ἀττικὰς λέξεις περιέχοντας, ὅσαι τε τῇ προτέρᾳ οὐ συμπεριελήφθησαν ἢ περιελήφθησαν μὲν μαρτυρίαις δὲ ταῖς οὔσαις οὐκ ἐβεβαιώθησαν· ἐν γὰρ τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει πλατύτερον καὶ ἀφθονώτερον αἱ μαρτυρίαι παρατέθεινται· ὧν εἴ τις τὰς δύο πραγματείας εἰς ἓν σύνταγμα συναγαγεῖν βουληθείη χρησιμώτερόν τε τὸ φιλοτέχνημα ἀποδείξει καὶ μετὰ ῥᾳστώνης ἐκτελέσει.* Multis igitur scriptorum veterum testimoniis utebatur Dionysius ad ea, quae observaverat, illustranda. Eustathius [1])

---

1) Eustathius Episcopus Thessalonicensis saeculo duodecimo scripsit *Παρεκβολὰς εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα καὶ Ὀδυσσείαν.* In his commentariis conscribendis praeter aliorum opera frequenter Aelii Dionysii et Pausaniae lexicis usus est, quorum nomina in aliis glossis laudat, in aliis tacet. Consensu autem Photii et Eustathii etiam eae glossae, ubi auctoris nomen celavit Episcopus, facile deprehenduntur.

et Photius inter se comparati docent eum Aristophanem et Menandrum inprimis in deliciis habuisse, perpetuo Platonis studium coniunxisse cum studio Thucydidis, Xenophontis, Demosthenis, Homerum quoque et Herodotum saepius laudasse; quorum testimoniis observationes suas de dialecto attica atque ionica, et de nominum generibus ornabat illustrabatque; curabat praeterea accentus; de variis verborum scripturis agebat; adnotabat de mensium nominibus; quae omnia quotiescunque apud Photium et Eustathium occurrunt, satis probabiliter ad Dionysium referuntur, praesertim cum externa indicia accedunt, e. c. *καλοῦσι* vel *λέγουσι* et *ὡς ἡμεῖς*, quibus opponuntur *οἱ παλαιοί* vel *οἱ ἀρχαῖοι*, quae verba Dionysii glossam esse arguunt. Cf. Naber. Proleg. pg. 25, 26, 33, 36, 37; Goslings pg. 28; Schwartz pg. 38; Eustathius 813, 44 et 1390, 50; Boysenus, de Harpocrationis lexici fontibus, pg. 55, qui non nimium formulae *κατὰ τοὺς παλαιούς* apud Eustathium tribuendum esse monet, et certius notis *παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς* vel *λέξις Ἀττική* indicari Atticistas. — Multo difficilior res est, ubi agitur de iure Attico et de festis Graecorum; Dionysium de his dixisse Photium testem habemus; verum Pausanias quoque eadem tractanda sibi sumserat, unde factum est, ut non semper prorsus constet, utri haec illave glossa tribuenda sit. Cuius rei luculentum exemplum habemus in Lexico rhetorico Bekkeri (Anecdota Graeca I. pg. 197 seqq.). Continentur hoc lexico praeter glossas Diogenianeas, de quibus omnes consentiunt, aliae complures, quae partim certe Pausaniae tribuendae esse

videntur Nabero et Schmidtio; contra Boysenus praeter Pausaniam etiam Aelium Dionysium agnoscere putat. Non opus est, ut nunc dicam, quaenam glossae Diogeniano, quae Dionysio et Pausaniae tribuantur; hoc moneo iamdudum observatum esse lexicographum Bekkeri saepe integras glossarum series e lexicis, quae adhibebat, transcripsisse; Diogenianeas collato Hesychio unusquisque facili negotio indicet. Cf. Naber. Proleg. pg. 173 sqq. Boysen. ll. pg. 45. Dionysii et Pausaniae series complures indicavit vel indicare sibi visus est Boysenus pg. 46, 55, 56. Noli tamen putare omnes glossas extra series eo ipso non esse Diogeniani, Dionysii, Pausaniae; nam inter has quoque sunt, quae satis probabiliter ad eos referantur. Huius lexici rhetorici glossae aliquot etiam in Scholiis Platonicis leguntur. Excitabo hic, quae agunt de iure Attico:

διαιτηταί	Schol. Legg. XI : 920 D.	Lex. rhetor. Bekk. 235,20
εἰσαγγελία	Rep. VIII : 565 C	244,14
ἐπίσκηψις	Legg. XI : 937 B	255,27
ἐπωβελία	„ XI : 921 D	255,29
εὔθυνοι	„ XII : 945 B	257,15
κακοτεχνιῶν	„ XI : 936 D	268,24
πρυτάνεις	„ XII : 953 C	291,4

Cuius igitur hae glossae sunt et qua via in Scholia pervenerunt? Ad priorem quaestionem statim respondeo quinque postremas in Lexico rhetorico Bekk. in serie

occurrere, quam Boysenus e Dionysio desumtam esse censet; de prima glossa nihil affirmatum invenio, de secunda ad ipsam adnotabo. Unde autem Scholiasta acceperit, de ea re paullo melius fortasse iudicare licebit, si ipsas glossas accuratius consideraverimus.

Schol. Legg. XI: 920 D *διαιτηταί* εἰσιν ἐν οἷς Ἀθήνησιν εἰσήγοντο αἱ ἰδιωτικαὶ δίκαι· εἰ δέ τινες μὴ ἐπείθοντο τοῖς διαιτηθεῖσιν, αὐτοὶ εἰσῆγον αὐτοὺς εἰς τὸ δικαστήριον καὶ παρὰ τοὺς δικαστάς. ἐγίνοντο δὲ διαιτηταὶ πάντες Ἀθηναῖοι, οἷς ἑξηκοστὸν ἦν ἔτος. τὸν δὲ ἀδικοῦντα διαιτητὴν ἐξῆν εἰσαγγέλλειν· καὶ εἴ τις ἑάλω, ἀτιμία ἦν τὸ ἐπιτίμιον.

Pro ἐν οἷς lege εἰς οὓς. Apud Suidam glossa deest.

Schol. Rep. VIII: 565 C *εἰσαγγελία* ἐστὶ κυρίως ἡ περὶ καινῶν καὶ δημοσίων ἀδικημάτων εἰσαγομένη δίκη ὑπὸ τῶν πρυτάνεων, περὶ ὧν διαῤῥήδην μὲν οὐδὲν λέγουσιν οἱ νόμοι, συγχωροῦσι δὲ κρίσεις γίγνεσθαι. καὶ τοῦτ' ἐστὶν οἷον τὸ ἐν ταῖς τῶν σοφιστῶν διατριβαῖς μελετώμενον τὸ τῶν ἀγράφων ἀδικημάτων.

Quis ita disputarit de voce εἰσαγγελία docemur Lexico rhetorico Cantabrigiensi (recensuit E. O. Houtsma, Lugd. Bat. 1870), ubi in v. εἰσαγγελία haec.: *εἰσαγγελία*, κατὰ καινῶν καὶ ἀγράφων ἀδικημάτων. αὕτη μὲν οὖν ἡ Καικιλίου δόξα .... Καικίλιος δὲ οὕτως ὡρίσατο· εἰσαγγελία ἐστὶν ὃ περὶ καινῶν ἀδικημάτων δεδώκασιν ἀπενεγκεῖν οἱ νόμοι. ἔστι δὲ τὸ μελετώμενον ἐν ταῖς τῶν σοφιστῶν διατριβαῖς. Est igitur glossa Caecilii Calactini, quae apud Bekkerum in serie legitur ad litterarum ordinem decurrente, quam seriem Boysenus l.l. pg. 56 Pausaniae tribuit: itaque hac via, i. e. per Pausaniam, in Scholia Platonica et in Suidam pervenire potuit.

Schol. Legg. XI: 937 B *ἐπίσκηψίς ἐστι δίκη κατὰ τῶν ψευδομαρτυρησάντων.*

Idem Suidas; Bekk. lex. rhet. *ψευδῆ μεμαρτυρηκότων.*

ibid. XI: 921 D *ἐπωβελία ἐστὶν ἐπιτίμιόν τι τουτέστι τοῖς διώκουσι χρηματικήν τινα δίκην, ἐὰν μὴ ἕλωσιν. ἦν δὲ τοῦτο ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, οὗ ἐπεδικάζοντο καὶ ἐνεγράφοντο. καὶ ἐκαλεῖτο οὕτως, ὅτι ἐπὶ τῇ δραχμῇ ὀβολὸς ἦν, τῆς δραχμῆς λογιζομένης πρὸς ἕξ. ἐλάμβανε δὲ ὁ φεύγων παρὰ τοῦ διώκοντος, εἰ τὴν δίκην ἀπέφευγε. μέμνηται δὲ ταύτης καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀφόβου* (I, 834, 25).	Lex. rhet. Bekk. 255, 29 *ἐπωβελία· ἐπιτίμιόν τι τοῦτό ἐστι τοῖς διώκουσι χρηματικήν τινα δίκην, ἂν μὴ ἕλωσιν. ἦν δὲ τοῦτο τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, οὗ ἐπεγράφοντο καὶ ἐδικάζοντο, καὶ ἐκαλεῖτο οὕτως, ὅτι ἐπὶ τῇ δραχμῇ ὀβολὸς ἦν, τῆς δραχμῆς λογιζομένης ὀβολῶν ἕξ. ἐλάμβανε δὲ ὁ φεύγων ἀπὸ τοῦ διώκοντος, εἰ τὴν δίκην ἀπέφευγεν.*

In Scholio *ἐστίν* sive *τουτέστι* delendum; ceterum integrius est quam glossa lexici rhetorici. Apud Suidam duplex glossa *ἐπωβελία*, quarum priorem Boysenus Caecilio Calactino tribuit, alteram ad Boethum retulerim, qui Platonem respicit. Exscribam hanc: *ἐπωβελία· τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, ὃ ἐπράττοντο οἱ γραψάμενοί τινας καὶ μὴ ἑλόντες αὐτοῖς τοῖς γραφεῖσιν. ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως, ὅτι καθ' ἑκάστην δραχμὴν ὀβολὸς ἦν. ἐπωβελία οὖν ἡ ζημία. ἐπωβελία ὁ τόκος ὑπὸ Πλάτωνος Νόμων ια'.*

Ibid. XII: 945 B *εὔθυνοί εἰσιν ἄρχοντές τινες οἱ τὰς εὐθύνας λαμβάνοντες παρὰ τῶν ἀρχόντων, ὥσπερ καὶ οἱ*

λογισταὶ καὶ πάρεδροι ἐφ' ἑκάστῃ ἀρχῇ· καὶ γὰρ τῷ ἄρχοντι εὔθυνος ἦν καὶ πάρεδρος, καὶ τῷ βασιλεῖ ὁμοίως καὶ τῷ πολεμάρχῳ καὶ τοῖς θεσμοθέταις. ἐκπράσσει δὲ ὁ εὔθυνος ὅσα ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ἢ προστέτακται, ὦφλόν τινες εἰς τὸ δημόσιον.

Multo brevius Bekk. lex. rhet. idem usque ad v. οἱ λογισταί. Quae apud Photium leguntur: εὐθῦναι· οἱ ἀπολογισμοὶ τῶν ἀρξάντων· καὶ εὔθυνοι· οἱ τούτους ἀνακρίνοντες· Νόμων ιβ'· εἰ δὲ μὴ τούτους κατευθύνειν αὐτοὺς κατευθύνοντα· καὶ μετ' ὀλίγα· διὸ δὴ δεῖ πάντως τοὺς εὐθύνους θαυμαστοὺς πᾶσαν ἀρετὴν εἶναι· ἡμεῖς τούτους λογιστὰς λέγομεν Boethi esse videntur.

ibid. XI: 936 D κακοτεχνιῶν δίκης ὄνομά ἐστιν, ἣν εἰσῄεσαν οἱ λέγοντες μάρτυρας ψευδομαρτυρεῖν, κατὰ τῶν παρασχομένων τοὺς ψευδομάρτυρας.	Lex. rhet. Bekk. 268, 24 κακοτεχνιῶν· δίκης ὄνομά ἐστιν, ἣν εἰσῄεσαν οἱ ἔχοντες μαρτυρίαν ψευδομαρτυριῶν, κατὰ τῶν παρεχομένων τοὺς ψευδεῖς μάρτυρας.

Eaedem corruptelae atque in Scholio erant in gl. apud Photium, quas correxit Dobraeus scribens: ἑλόντες μάρτυρας ψευδομαρτυριῶν. In fine Photius recte habet τῶν παρασχομένων αὐτούς.

ibid. XII: 953 C πρυτάνεις εἰσὶ μέρος τι τῶν πεντακοσίων τὸ δέκατον, πεντήκοντα ἄνδρες, οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς πραττόμενα, καὶ ἐπρυτάνευον κατὰ πρυτανείαν ἐκ διαδοχῆς. πρυτανεία δέ ἐστιν ἀριθμός τις	Lex. rhet. Bekk. 291, 4 πρυτάνεις τίνες εἰσί, καὶ πρυτανεύειν· μέρος τι τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων, τὸ δέκατον, πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ μιᾶς φυλῆς, οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς πραττόμενα, πρυτάνεις

ἡμερῶν, ἤτοι λϛʹ ἢ ληʹ ἢ λεʹ, ἃς ἑκάστη Φυλὴ πρυτανεύειν λέγεται. ιβʹ μὲν γὰρ οἱ μῆνες, ιʹ δέ εἰσι πρυτανεῖαι, καὶ Φυλαὶ ιʹ. καὶ διῄρηνται εἰς ταύτας αἱ ἡμέραι τοῦ ἐνιαυτοῦ· κατὰ γὰρ σελήνην ἄγουσι τοῦτον, ὡς ἑκάστῃ τῶν ιʹ Φυλῇ ἐπιβάλλειν λεʹ ἡμέρας, πλεονάζειν δὲ ὀλίγας. διὸ καὶ τὰς λοιπὰς ἀπέδωκαν οἱ Ἀθηναῖοι ταῖς πρώταις λαχούσαις τέτταρσι Φυλαῖς, ἵνα ἐκείνων μὲν ἑκάστη τὰς λϛʹ ἡμέρας πρυτανεύῃ, αἱ δὲ λοιπαὶ ἓξ ἀνὰ λεʹ. πρυτανεῖα δὲ οὐδετέρως οὐχ εὕρηται. τινὲς δὲ ἀργύριόν τι, ὃ κατατίθεται ὑπὸ τῶν δικαζομένων, καὶ δίδοται δικαστικὸν τοῖς ἑξακισχιλίοις.

ἐκαλοῦντο. καὶ ἐπρυτάνευον κατὰ πρυτανείαν ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλαις αἱ Φυλαὶ διὰ τούτων τῶν ἀνδρῶν, κλήρῳ λαχόντων. καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο πρυτανεύειν.

Πρυτανεία τί ἐστι· καθολικῶς μὲν ἡ πρυτανεία ἀριθμὸς ἡμερῶν τριάκοντα ἓξ ἢ τριάκοντα πέντε, ἃς ἑκάστη Φυλὴ πρυτανεύειν λέγεται. ἐκτεταμένως δὲ καὶ θηλυκῶς ἡ πρυτανεία ῥητέον.

Πρυτανεῖα· ἀργύριόν τί ἐστιν, ὃ κατετίθεσαν οἱ δικαζόμενοι. οὐδετέρως δὲ ῥητέον τὰ πρυτανεῖα.

Similia leguntur apud Photium: *πρυτανεία· ἐκτεταμένως μὲν καὶ θηλυκῶς ἀριθμός τις ἡμερῶν· οὐδετέρως δὲ σαφῶς μὲν οὐδεὶς εἶπεν τί δηλοῖ· τινὲς δὲ ἀργύριόν τι ἔφασαν εἶναι, ὃ κατετίθεσαν οἱ δικαζόμενοι, ἐξ ὧν τὸ δικαστικὸν ἐδίδοτο τοῖς ἑξακισχιλίοις· πρυτανεῖαι* (l. *πρυτανεία*) *δὲ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμός· δέκα ἐγίνοντο κατ' ἐνιαυτόν, ὅτι καὶ δέκα αἱ Φυλαί· (καὶ διῄρηνται εἰς ταύτας αἱ ἡμέραι τοῦ ἐνιαυτοῦ)· ἐνιαυτὸν δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὸν σεληνιακὸν ἦγον· ἐπέβαλεν* (l. *ἐπέβαλον*) *δὲ ἑκαστῇ Φυλῇ τῶν δέκα λεʹ ἡμέρας καὶ ἐπερίττευον ἐκ τοῦ σεληνιακοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραι*

τέσσαρες, ἃς ἐπεμέριζον ταῖς πρώταις λαχούσαις πρυτανεύειν τέσσαρσι φυλαῖς· καὶ τῶν μὲν τεσσάρων πρῶτον (l. πρώτων) ἑκάστη εἶχε τὴν πρυτανείαν ἀπαρτιζομένην εἰς λς' ἡμέρας, αἱ δὲ λοιπαὶ ἓξ ἀνὰ λε'.

His glossis addenda est glossa, quae quamvis in Lexico rhetorico Bekkeri non inveniatur, eiusdem tamen generis est atque glossae praecedentes eodemque referenda. Est autem haec:

Schol. Axioch. 368 D κατεχειροτόνησαν· κατεψηφίσαντο. ἡ καταχειροτονία ἐγίγνετο οὕτως. ἔλεγεν ὁ κῆρυξ οἷον ὅτῳ Μειδίας δοκεῖ ἀδικεῖν, ἀράτω τὴν χεῖρα. εἶτα οἱ θέλοντες ἐξέτεινον τὰς χεῖρας, καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο πρῶτον καταχειροτονία. εἶτα πάλιν δεύτερον ἔλεγεν ὁ αὐτὸς κῆρυξ, ὅτῳ μὴ δοκεῖ ἀδικεῖν Μειδίας, ἀράτω τὴν χεῖρα καὶ ἐξέτεινόν τινες, καὶ ἐκαλεῖτο ἀποχειροτονία. καὶ λοιπὸν ἠρίθμει πάσας τὰς χεῖρας ὁ κῆρυξ, τῶν τε προτέρων καὶ καταχειροτονούντων, τῶν τε ὑστέρων καὶ ἀποχειροτονούντων, καὶ ὅσων ἂν ἦσαν πλείους, ἐκείνων καὶ ἡ γνώμη ἐκράτει.

Idem Photius, ubi Naberus adnotat: Est glossa Platonica, quod minime putaveris." Minime, fateor; sed omnino non necesse est hanc glossam Platonicam esse, i. e. e Boetho oriundam; nam quemadmodum supra demonstravimus non omnia Diogenianea per Boethum in Scholia fluxisse, sic hic quoque non video, quid obstet, quominus credamus ipsa lexica rhetorica Dionysii vel Pausaniae a Scholiasta adhibita esse. Mihi certe glossa apud Photium propter lemma κατεχειροτόνησαν αὐτοῦ potius spectare videtur Demosthenis orationem in Midiam p. 577 itaque ad rhetorica lexica referenda esse, quam hunc Platonis locum, ubi legitur

κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν. Neque tamen hac ratione disputari posse hanc glossam in Scholia non fluxisse e Boetho, id satis perspicio; nam sit glossa apud Photium e lexico rhetorico desumta, fieri tamen potest, ut a Scholiasta e Boetho petita sit, qui lexica rhetorica adhibuerit; hoc tantum probare volui, quia glossa eadem vel similis in Photio et in Scholiis occurrat, non necessario inde sequi, apud utrumque e Boethi libellis provenisse. Iam si ceteras glossas consideramus, invenimus non dissimile veri esse duas, ἐπωβελία et εὔθυνοι, e lexico rhetorico Atticistae a Scholiasta desumtas esse; tres, διαιτηταί, εἰσαγγελία, πρυτάνεις, fieri posse ut indidem provenerint; de duabus tantum, ἐπίσκηψις et κακοτεχνιῶν δίκη, rem valde incertam esse, quod iisdem laborent apud Scholiastam et Photium corruptelis.

Sunt igitur inter has glossas, de quibus dubitare possis, qua via in Scholia pervenerint; eadem dubitatio in aliis quoque oritur, itaque omnia quae in Scholiis Dionysium vel Pausaniam auctorem habere videntur, singulari capite tractaturus sum, utrum glossa per Boethum in Scholia fluxerit necne in medio relinquens. De glossis ad ius Atticum pertinentibus modo dixi; nunc videndum de ceteris. Est apud Photium glossa σᾶ· περισπωμένως τὰ σῶα· εἴρηται δὲ ἐπὶ θηλυκοῦ σᾶ ἡ πόλις οἷον σῴα ἡ πόλις, quam Naberus Boethi esse contendit coll. Schol. Criti. 111 C σᾶ τὰ σῶα μονοσυλλάβως φασὶν Ἀττικοί, καὶ τὸν σῶον σῶν· καὶ ἡ σώα σᾶ παρ' αὐτοῖς. Verum non cum ista glossa convenit Scholion, quod tamen Naberus satis accurate convenire

affirmat, sed cum altera glossa apud Photium σᾶ· τὰ σῷα λέγουσι μονοσυλλάβως ἀπὸ τοῦ σῷα συναιροῦντες· καὶ τὸν σῷον καὶ σῶν· καὶ σῷοι σοῖ· παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ δισυλλάβως σῷοι, quam Dionysii esse et sic apparet et confirmabit Eustathius 959, 42: τὸ δὲ σῶς εὕρηταί φασι καὶ θηλυκῶς· Ἀριστοφάνης·

οὕτω παρ' ἡμῖν ἡ πόλις μάλιστα σῶς ἂν εἴη.

λέγουσι δὲ καὶ σᾶ τὰ σῶα οἱ παλαιοί, παρ' οἷς καὶ σᾶ ἡ σῶα. Εὐριπίδης ἐν Ὑψιπύλῃ·

εὔφημα καὶ σᾶ καὶ κατεσφραγισμένα.

Ἀριστοφάνης·

ἡ μᾶζα γὰρ σᾶ καὶ τὰ κρέα χὼ κάραβος.

Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπών τινα καὶ αὐτὸς τοιαῦτα λέγει, ὅτι καὶ σῶοι σοῖ καὶ σῷ δέ φησι μονοσυλλάβως οἱ σῶοι καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ.[1]) Hinc Mettauerus putat glossam a Scholiasta ex ipso Dionysio petitam esse; quod quamquam fieri potuit, non tamen necessario factum est, quia Photius aut utramque glossam σᾶ a Boetho potest accepisse aut in priore nonnulla omisisse, quae in altera legeret. Itaque haec glossa non conficiet ipsum Dionysii lexicon a Scholiasta adhibitum esse. Similis generis sunt gl. ἤ Schol. Sympos. 173 A et gl. ἦα Schol. Rep. V: 449 A, quas utrum a Boetho an ab ipso Dionysio mutuatus sit Scholiasta non magis constabit. Itaque alias glossas in medium proferamus, unde, si fieri potest, plus lucremur. In his prima, quae nos advertit, est Schol. Rep. V: 470 D ἀλιτη-

1) Cf. Cobet Mnemos. IX p. 394. X p. 90. Naber Proleg. ad Phot. pg. 33.

ριώδης· πρὸς βίαν ποιουμένη ἢ ἁμαρτανομένη, ἐκ τοῦ ἀλιτήριοι ὀνόματος παρηγμένη. κατὰ Διονύσιον γὰρ τὸν Ἁλικαρνασσέα λιμοῦ γενομένου Ἀθήνησιν οἱ πένητες προφερόμενα ἄλευρα διήρπαζον· ἐλέχθησαν οὖν οἱ τοὺς ἀλοῦντας ἐπιτηροῦντες ἀλιτήριοι. διέτεινε δὲ τὸ ὄνομα, ὥστε καὶ ἐπὶ πάντων τῶν μετὰ βίας τι ποιούντων ἢ ἁμαρτανόντων λέγεσθαι. Per se haec glossa non multum demonstraret, quia Scholiasta ex ipso Aelio Dionysio sic excerpere potuit; sed legitur etiam in Milleri Mélanges de littérature grecque pg. 411, atque probabilius est eo immigravisse e Boetho quam e Scholiis; Zenodori certe, inter cuius reliquias ibi legitur, non esse docuit Fresenius in Dissertatione Philologica pg. 29. — Etiam maioris momenti est Photium et Scholiastam in glossa Aeliana tradenda aliquoties ad verbum inter se convenire, cum Eustathius nonnihil differat; quem consensum neque melius neque facilius explicare mihi possum nisi statuendo Scholiastam et Photium sua e Boetho habere, qui Dionysium adierit. cf. e. c. ἐπὶ κόρρης, λήκυθος. Neque hoc neglegendum in glossis, quae satis certo ad Boethum referantur, vestigia Dionysii non deesse. cf. gl. Φαῦλος apud Photium ibiq. Naber. Haec habebam, quae de Dionysio praefarer. Nunc paucis de Pausania dicam.

Nusquam in Scholiis nominatim laudatur Pausanias[1]; attamen procul ullo dubio etiam ex eius lexico glossae desumtae sunt e. c. Schol. Charm. 154 B λευκὴ στάθμη,

1) Rindfleisch, qui l.l. pg. 21 affirmat scholiastam Platonicum semel Pausaniam nominatim laudare, fallitur.

Schol. Epp. XIII : 363 A ἀμοργίς [1]). Haud temere quoque sex glossarum (ἄρτι, δόξα, πέλας, Ἀπόλλων πατρῷος, νευρορράφους, ἐξηγητής), quae in Scholiis et in Lexico rhetorico Bekkeri similes leguntur, una atque altera ei tribui possit. Diogeniani certe non sunt, quia Hesychius differt; neque Dionysii esse videntur, quippe non in serie occurrentes, quam e Dionysio petitam esse contendit Boysenus. Cui igitur probabilius reddemus quam Pausaniae? Non autem per Boethum in Scholia transiisse verisimile est propterea quod apud Photium desunt; vix enim credibile est glossas, quas bis legerit Photius, et in Boethi et in Atticistae lexico, apud eum periisse; multo praestat credere aut has glossas a Scholiasta ex ipso rhetorico lexico Pausaniae (vel Dionysii, incertum enim) desumtas esse — nam ampliora haec lexica fuisse quam hodie ex Photio auguraremur saepius docet Eustathius — aut ex alio fonte, quem ignoramus, provenisse.

Praeter glossas, quas iam recensui, in Scholiis hasce inveni, quarum auctor Dionysius vel Pausanias esse videtur.

Schol. Euthyphr. 4 C ἐξηγητοῦ· τοῦ τοὺς νόμους ἐξηγουμένου.

Convenit lex. rhet. Bekk. 252, 4: ἐξηγητής· ὁ τοὺς

1) Glossae κολλόπων et ταλασία (Schol. Legg. VII: 805 E), quas Mettauer pg. 93 Pausaniae vindicare mavult, mihi ex Diogeniani (s. Hesychii) lexico petitae esse videntur. Illam supra pg. 11 inter glossas Diogenianeas retuli; de hac nunc moneo.

νόμους ἐξηγούμενος καὶ πᾶν ὁτιοῦν πρᾶγμα, quam glossam Boysenus l.l. p. 46 Dionysio, Mettauerus l.l. pg. 101 Pausaniae tribuit.

ibid. 6 C ἐπὶ σχολῆς· ἐπὶ τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς λεγομένης εὐκαιρίας.

Coniunge Schol. Phaedr. 227 E κατὰ σχολήν· ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ἢ ἐν εὐκαιρίᾳ. et Schol. Rep. III: 388 D σχολῇ· ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς. cf. Schol. Rep. X: 610 E.

Glossa, unde haec excerpta sunt, legitur apud Photium: σχολή· οὐχὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ σχολάζουσι καὶ διατρίβουσι περὶ παιδείαν, οὐδὲ αὐτὴ ἡ ἐν λόγοις (εὐμουσία) καὶ διατριβή, ἀλλ' ἣν οἱ πολλοὶ ἀκύρως καλοῦσιν εὐκαιρίαν· τὸ δὲ εὐκαιρεῖν βάρβαρον· ἀλλ' ἀντὶ μὲν τούτου σχολὴν ἄγειν λέγουσιν· ἡ δὲ εὐκαιρία βάρβαρον μὲν οὐκ ἔστιν ὄνομα, τάττεται δὲ οὐκ ἐπὶ σχολῆς, ἀλλ' ἐπὶ καιροῦ τινος εὐφυΐας καὶ ἀρετῆς. καὶ (σχολῇ) ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς. Inter Dionysii reliquias iure recepisse videtur Schwartzius.

Schol. Apol. Socr. 24 C χαριεντίζεται· εὐτραπελεύεται, σκώπτει.

Plenius Scholion legitur ad Remp. IV: 436 D χαριεντίζοιτο· εὐτραπελεύοιτο, σκώπτοι, ὡς Ἀριστοφάνης·

χαριεντίζει καὶ καταπαίζεις ἡμῶν καὶ βωμολοχεύει.

Eadem Suidas ex Photio in v. χαριεντιζόμενοι, quod lemma apud Platonem non inveni. Vide Stallbaum. ad h. l. et cf. Apol. Socr. 27 A et D.

Schol. Theaet. 142 A ἄρτι· τοῦτο σημαίνει τὸ παρὸν καὶ ὑπόγυον καὶ τὸ παραυτίκα μέλλον γίνεσθαι.

Idem lex. rhet. Bekk. 210, 27. Aliter Hesych.

Ibid. 178 E ὦ μέλε· παρὰ τοῖς νεωτέροις ὑπὸ γυναικῶν λέγεται μόνον, ὡς τὸ ὦ τάλαν, παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς

καὶ ὑπ' ἀνδρῶν, ὡς ἐν Ἱππεῦσιν Ἀριστοφάνους καὶ ἐν Μενάνδρου Συνερώσῃ·

ἄφες τὸν ἄνθρωπον· τί κόπτεις, ὦ μέλε;

σημαίνει δὲ ὦ δείλαιε, ὦ πονηρέ. ἔνιοι δὲ, ὦ ἐπιμελείας ἄξιε καὶ οἷον μεμελημένε.

Plane eadem Suidas, ubi post Ἀριστοφάνους adduntur verba: καὶ ἐν Θεαιτήτῳ Πλάτωνος. Inter Aelii Dionysii reliquias retulit Schwartzius priorem partem usque ad verbum σημαίνει. Per Boethum in Scholia fluxisse crediderim; hoc quoque notandum, formam Scholii simillimam esse Schol. Apol. Socr. 25 C ὦ τᾶν, quod satis certo non Dionysii est, sed Boethi. Vide infra. Loci laudati sunt Aristoph. Eqq. 676. Mein. Com. IV: 204.

Schol. Sophist. 243 B ἦν· ἀντὶ τοῦ ἤμην. Ἀττικῶς.

Coniunge Schol. Sympos. 173 A ἦ· Ἀττικὸν τοῦτο, ἀπὸ τοῦ ἔα συνῃρημένον. σημαίνει δὲ τὸ ἔα τὸ ὑπῆρχον. ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἦν κατὰ διάλυσιν Ἰωνικήν. Ὅμηρος·

εἰ τότε κοῦρος ἔα, νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει.

Ex lexicis rhetoricis fluxisse docebit Eustath. 1761, 51. cf. Naber. ad Phot. in v. ἦ et ἦν. Pro ἀπὸ τοῦ ἦν lege ἀπὸ τοῦ ἦ. Homeri locus est Iliad. Δ: 321.

Schol. Phileb. 30 D [γενούστης ὁ οἷον γεννήτης, ἢ συγγενής, ἢ ἔγγονος, ὧν τὸ τελευταῖον ἐκδέχεσθαι ἄμεινον, ἢ ὁ οἷον γεννητικός.] γεννῆται δὲ οὐχ οἱ ἐκ γένους καὶ ἀφ' αἵματος προσήκοντες, ἀλλ' οἱ ἐκ τῶν γενῶν τῶν συννενεμημένων εἰς τὰς Φρατρίας. οὗτοι δέ εἰσι, καθάπερ οἱ δημόται καὶ Φράτορες, νόμῳ τινὶ ἔχοντες κοινωνίαν. τὸ δὲ γένος ἔχει ἄνδρας λ'. αἱ δὲ Φρατρίαι ἐκαλοῦντο τριττῦς, ὅτι τεσσάρων Φυλῶν οὐσῶν εἰς τρία ἑκάστην διεῖλον μέρη,

τὰς μὲν Φυλὰς δ' κατὰ τὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὰς δὲ Φρατρίας καὶ τριττύας δυοκαίδεκα, οἷον μῆνας, τὰ δὲ γένη λ' ἐν ἑκάστῃ Φρατρίᾳ, καθάπερ ἡμέρας τξ'. δωδεκάκις γὰρ λ' τξ'.

Cur Dionysio glossam tribuat Mettauer. pg. 95, eius rei rationem reddere omisit. Eadem atque Scholion habet Suidas, similia Lex. rhet. Bekk. 227, 9; haec ad Pausaniam refert Boysenus pg. 56. Cf. Eustathius 239, 140. Utrum rectius sit, non liquet. Cum Scholio allato comparari potest Schol. Axioch. 371 D *γεννήτῃ· Ἀριστοτέλης Φησί, τοῦ ὅλου πλήθους διῃρημένου Ἀθήνησιν εἴς τε τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς δημιουργούς, Φυλὰς αὐτῶν εἶναι τέσσαρας, τῶν δὲ Φυλῶν ἑκάστης μοίρας εἶναι τρεῖς, ἃς τριττύας τε καλοῦσι καὶ Φρατρίας, ἑκάστης δὲ τούτων τριάκοντα εἶναι γένη, τὸ δὲ γένος ἐκ τριάκοντα ἕκαστον ἀνδρῶν συνεστάναι. τούτους δὴ τοὺς εἰς τὰ γένη τεταγμένους γεννήτας καλοῦσιν.*

ibid. 48 B *πέλας· τοῦτο καὶ τοπικῶς τάσσεται καὶ χρονικῶς καὶ ἐπὶ συγγενείας. Θουκυδίδης γοῦν ἐπὶ Κερκυραίων εἴρηκε πέλας, διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι ἀλλήλοις τὰ ναυτικά.*

Lex. rhetor. Bekk. 299, 10 *πέλας· καὶ τοπικὸν καὶ χρονικόν, καὶ ἐπὶ συγγενείας.* Post *ἐπὶ Κερκυραίων* inserenda sunt verba *καὶ Ἀθηναίων.* cf. Thuc. I: 32.

ibid. 61 D *δόξα σημαίνει τὸν παρὰ τῶν πολλῶν ἔπαινον. τάττεται δὲ καὶ ἀντὶ τῆς δοκήσεως, τουτέστιν ἀντὶ τῆς κατ' ἀρετὴν ὑπολήψεως. διαφέρει δὲ εὐκλείας, ἐπεὶ ἐκείνη ἐστὶ παρὰ τῶν ἀγαθῶν, δόξα δὲ ὁ παρὰ τῶν πολλῶν ἔπαινος.*

Suidas in v. pauca, sed Bekk. lex. rhet. 242, 29

ad verbum fere convenit. Hesychius *δόξας· δοκήσεις*. cf. Schol. Gorg. 486 D.

Schol. Sympos. 186 A *ὡς ἔπος εἰπεῖν· ὡς φαίνεται, ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν. τοῦτο σχηματίζεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ὡς εἰπεῖν ἔπος, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, καὶ ὡς ἔπος φάναι, καὶ ὡς φάναι ἔπος. ἔτι δὲ καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ἐκφωνεῖται, οἷον ὡς φάναι καὶ ὡς εἰπεῖν· σημαίνει δὲ τὸ αὐτό. οἱ δέ φασιν ἀντὶ τοῦ ὡς. φαίνεται κεῖσθαι ἢ ἀντὶ τοῦ ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν.*

Duae glossae sunt, quarum prior est: *ὡς ἔπος εἰπεῖν· ὡς φαίνεται καὶ ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν*, altera: *ὡς ἔπος εἰπεῖν· τοῦτο σχηματίζεται — τὸ αὐτό*, atque ita habet Suidas. Priorem vide etiam Schol. Rep. I: 341 A. Alteram Aelio Dionysio tribuit Schwartzius.

ibid. 205 A *τὸ τέλος οἱ Ἀττικοὶ τάττουσι καὶ ἀντὶ τάξεως καὶ τάγματος καὶ δαπάνης, ἔνθεν ὁ πολυτελὴς καὶ εὐτελὴς καὶ ὁ συντελής, καὶ τὸ εἰς γάμους ἀνάλωμα, ὅθεν τὰ προτέλεια. λέγεται καὶ ἀντὶ ἀρχῆς. Θουκυδίδης· προσελθὼν δὲ τοῖς τέλεσιν, ὡς εἰ ἔφη τοῖς ἐν ἀρχῇ οὖσι. σημαίνει δὲ τὸ ἀποτέλεσμα τῶν πραγμάτων. καὶ τὸ εἰσπραττόμενον ὑπὸ τῶν τελωνῶν χρέος τέλος καλεῖται.*

Ex Aelio Dionysio per Boethum in Scholia migrasse contendit Naber. ad Photium in v. *τέλος* et Proleg. pg. 63. Hoc quidem non affirmaverim; sed ex rhetorico lexico provenisse docet Eustathius 789, 13 et 881, 27.

Schol. Phaedr. 234 E *φιλίου· τοῦ τὰ περὶ φιλίας ἐπισκοποῦντος.*

Cum testimoniis servavit Photius: *φίλιος Ζεύς· ὁ τὰ περὶ τὰς φιλίας ἐπισκοπῶν· Μένανδρος Ἀνδρογύνῳ·*

Μαρτύρομαι τὸν Φίλιον, ὦ Κράτων, Δία·

Φερεκράτης Κραπατάλοις·

. Τοῖς δὲ κριταῖς
τοῖς νυνὶ κρίνουσι λέγω
μὴ 'πιορκεῖν μηδ' ἀδίκως
κρίνειν ἢ νὴ τὸν Φίλιον
μῦθον εἰς ὑμᾶς ἕτερον
Φερεκράτης λέξει πολὺ τού-
του κακηγοριστότερον.

Mein. Com. IV. 85. II. 293. cf. Phrynichus Bekk. 71, 7 et Schol. Gorg. 500 B.

ibid. 242 A σταθερόν· τὸ σφόδρα θερμόν, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ θέρει μεσημβρίας. καὶ Ἀντίμαχος· θέρεος σταθεροῖο. καὶ τὸ ἑστὸς δὲ καὶ ἠρεμοῦν σταθερὸν λέγουσι.

Contractius eadem leguntur in Lex. rhetor. Bekk. 305, 7 σταθερόν· τὸ σφόδρα θερμὸν σημαίνει, καὶ τὸ ἠρεμοῦν καὶ τὸ ἑστός. Dubito tamen, num e lexico Atticistae fluxerint. Hoc video in Boethi glossa apud Photium v. σταθερόν non recte ad Scholion provocasse Naberum.

Schol. Alcib. II: 147 D τὸ φαῦλον ἐπὶ τεσσάρων ἐννοιῶν τάσσεται, κατ' ἐναντιότητα παραλαμβανομένων. ἐπὶ ἁπλότητος καὶ εὐηθείας Δημοσθένης· οὐ γὰρ εἰ φαύλοις ὑμεῖς προστάταις χρῆσθε· ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπαίνου Εὐριπίδης·

φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθόν·

ἐπὶ δὲ μεγέθους, φαῦλον στόμα ἀντὶ τοῦ μέγα· ἐπὶ δὲ μικρότητος εὐθέως ἐν ἀρχῇ τοῦ κατ' Ἀριστοκράτους. λέγουσι δὲ καὶ τὴν φαυλίαν ἐλαίαν μικρόκαρπον οὖσαν οὕτως ὀνομάζεσθαι. ἐκνενίκηκε μέντοι τὴν παλαιὰν χρῆσιν ἡ εἰς τὸ κακὸν μετάληψις· φαῦλον γὰρ οἱ πλεῖστοι τὸ κακὸν ἐξακούουσι.

Similia inveniuntur in lexico Bachmanni I. 412: *Φαῦλον· τοῦτο τάσσεται ἐπὶ τεσσάρων σημασιῶν· ἐπὶ μὲν κακοηθείας· Δημοσθένης· οὐ γὰρ εἰ· Φαύλοις ἡμεῖς συμμάχοις χρῆσθαι. ἐπὶ δὲ ἀγαθοῦ· Εὐριπίδης ἐν Ἡρακλεῖ·*

Φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθόν·

ἐπὶ δὲ μεγέθους· ὡς τὸ Φαῦλον στόμα. καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ· ὅθεν καὶ τὴν Φαύλην ἐλαίαν, τὴν μικρόκαρπον. Πλάτωνι δὲ καὶ ἄλλοις Ἀττικοῖς σημαίνει τὸ ἁπλοῦν καὶ ῥᾴδιον. Haec si confero cum Eustathio 1356, 64, ubi ad verbum fere eadem traduntur et cum priore glossa *Φαῦλον* apud Photium, nullus dubito, quin Aelii Dionysii observationem contineant, quae per Boethum fortasse in Scholia pervenerit; non enim abicienda Naberi suspicio Boethum de voce *Φαῦλον* in utroque libello retulisse. Loci laudati sunt Demosth. de falsa legat. p. 350, Euripid. fr. 476 edit. Dindorf., Demosth. in Aristocrat. p. 621.

Schol. Charmid. 153 A *καταντικρύ· ἀντικρὺ παρὰ μὲν Ὁμήρῳ ἐστὶ τὸ κατ' εὐθὺ καὶ ἐξ ἐναντίας·*

ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα
ἔγχος·

καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ ὁμοίως· οἰόμενοι πύλας τὰς θύρας τοῦ οἰκήματος εἶναι, καὶ ἀντικρὺ δίεξοδον εἰς τὸ ἔξω. παρὰ Δημοσθένει δὲ ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους ἀντὶ τοῦ Φανερῶς· γράψας, ὥσπερ νῦν ἐγὼ τοῖς ῥήμασιν, οὕτως ἀντικρύ. καὶ Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· σωφροσύνην λαβοῦσαι αἱ πόλεις καὶ ἄδειαν τῶν πραττομένων ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἀντικρὺ ἐλευθερίαν, τὴν Φανερὰν λέγων. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ταχέως καὶ ὁλοσχερῶς. Ὅμηρος·

Ἕκτωρ Αἴαντος δόρυ μείλινον ἄγχι παραστὰς

πλῆξ' ἄορι μεγάλῳ αἰχμὴν παρὰ καυλὸν ὄπισθεν,
ἀντικρὺ δ' ἀπάραξε.

καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου·

ἀντικρὺ δ' ἁπαλοῖο δι' αὐχένος ἤλυθ' ἀκωκή.

Haec ex Aelio Dionysio excerpta esse sententia est Naberi Proleg. ad Phot. pg. 36 et 65. Resectis testimoniis idem in Lex. rhet. Bekk. 198, 17 et in sexto lex. Bekk. 408, 27. Non concinunt cum testimoniis ceterorum grammaticorum, qui ἀντικρύ et καταντικρύ idem esse atque ἐξ ἐναντίας tradunt, ἀντικρύς autem dici sive pro ἐπ' εὐθείας sive pro διαρρήδην, φανερῶς cf. Ammonius ed. Valckenaer. pg. 17. Hesych. in v. Sextum lex. Bekk. 408, 29. Suid. v. ἄντικρυς. Schol. Venet. ad Il. Γ: 359. Etym. M. 114, 27. Thom. Mag. p. 83. Phrynichi Epitome pg. 443 ibique Lobeck. Loci laudati sunt Hom. Il. Γ: 359. Thuc. 2, 4 § 5; 8, 64 § 5. Demosth. de falsa legat. 389, 19 (nam hinc locus laudatus est, non ex oratione in Aristocratem, ubi tamen p. 629, 28 legitur ἄντικρυς καὶ σαφῶς) Hom. Il. Π, 114. Od. χ, 16. Apud Thuc. et Demosth. legitur l.l. ἄντικρυς, apud Demosth. ὥσπερ νῦν λέγω.

Schol. Lach. 197 A μῶρον· Ἀττικοὶ οὕτως τὸν μῶρον προπερισπωμένως.

Phot. μῶρον· οἱ Ἀττικοὶ προπερισπῶσι κτέ. cf. v. μῶρος (pg. 433, 4 et 435, 15 ed. Naber.) Talia curabat Aelius Dionysius.

Schol. Euthyd. 302 C Ἀπόλλων πατρῷος· φασί τινες Ἀθηναίους αὐτόχθονας φῦναι, καὶ τούτῳ γονέας ἔχειν Γῆν καὶ Ἥλιον, ὅς ὁ αὐτός ἐστιν Ἀπόλλωνι. οἱ δὲ, ὅτι Κρεούσῃ τῇ Ἐρεχθέως μιγεὶς Ἀπόλλων Ἴωνα ἐγέννησεν,

ἀφ' οὗ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ποτὲ Ἴωνας κληθῆναι, καὶ διὰ ταῦτα πατρῷον αὐτοὺς Ἀπόλλωνα ἔχειν.

Iisdem fere verbis comparata sunt, quae leguntur in lex. rhet. Bekk. 291, 33, ubi tamen minus recte πάτριος legitur pro πατρῷος. Nam quamquam monet Porson. ad Euripidis Hecubam vs. 78 Atticos πάτριος et πατρῷος promiscue usurpare, Apollo tamen ubique, quantum novi, πατρῷος audit, non πάτριος. Cf. Schol. Arist. Av. 1527: πατρῷον δὲ τιμῶσιν Ἀπόλλωνα Ἀθηναῖοι, ἐπεὶ Ἴων ὁ πολέμαρχος Ἀθηναίων ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης τῆς Ξούθου ἐγένετο et Harpocr. v. Ἀπόλλων πατρῷος ὁ Πύθιος. Creusam, Xutho nuptam, postquam ex Apolline Ionem filium peperit, in scenam producit Euripides in Ione. Ionem Xuthi filium simpliciter nominant Herodotus 7, 94; 8, 44; Philochorus apud Harpocr. v. βοηδρόμια.

Adscriptum est Scholion, de quo agimus, ad notissimum Platonis locum, ubi contendit philosophus Atheniensibus esse Apollinem πατρῷον et Jovem ἕρκειον, non autem Jovem πατρῷον. Sed cum apud ipsum Platonem Legg. IX: 881 et Xenophontem in Cyropaedia, apud tragicos saepius et Aristophanem Nub. 1468 Jupiter πατρῷος commemoretur, Albertius ad Hesych. v. πατρῷος Ζεύς de Platonis testimonio dubitare videtur. Neque iure tamen; nam unde factum sit, ut apud tragicos, Aristophanem et Platonem Jupiter πατρῷος occurrat, expedire conatus est Porsonus ad Euripidis Med. 1314, dicens Platonem Jovis πατρῴου mentionem facere in legibus fictis, quas reipublicae suae fictae praescriberet, Aristophanis autem versum

parodiam esse Euripidei, et tragicos, quia aliae gentes Jovem πατρῷον colerent, hanc omissionem corrigere cupientes, Jovem πατρῷον saepe ingessisse; quae tamen postrema explicatio dubia redditur Lobeckii monito, tragicos hoc nomine semper uti, ubi agatur de herois, a Jove oriundis. cf. Lobeck, Aglaophamus pg. 770/1; Ellendt, lexicon Sophocleum II pg. 533; Schömann, Gr. Alterth. II. pg. 549. Xenophontis locum Cyrop. 8.45 huc non trahendum esse monet Heindorf ad hunc Platonis locum.

ibid. 302 D ἕρκιος· ἕρκη τοὺς οἴκους Ἀθηναῖοί φασιν· ἐκ τούτου δὲ καὶ Ζεὺς ἕρκιος παρ' αὐτοῖς, ὃν ἵδρυον ἐν τούτοις φυλακῆς χάριν.

Similia leguntur in lex. rhetor. Bekk. 256, 21; similia quoque Photius habet, ubi tamen non esse glossam Platonicam ipsum lemma ἑρκείου Διός arguit. cf. Naber. Pro ἕρκιος in Scholio leg. ἕρκειος sive ἑρκεῖος.

Schol. Gorg. 469 D ὑπὸ μάλης· πάντες οἱ παλαιοὶ προφέρονται ἑνικῶς, τάττονται δὲ αὐτὸ ἐπὶ τοῦ κρυφίως τι πράττειν, καὶ ἀεὶ μετὰ τῆς προθέσεως, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον· ἀλλὰ μὴν οὐχ εἷς οὐδὲ δύο ταῦτ' ἴσασιν, οὐδ' ὑπὸ μάλης ἡ πρόκλησις γέγονεν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγορᾷ. πληθυντικῶς δὲ οὐ μάλας λέγουσιν ἀλλὰ μασχάλας, καὶ ἄνευ τῆς προθέσεως. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Μετάνειραν ἐπιστολῇ· καὶ τὴν μὲν κόμην ψιλὴν ἔχεις, τὰς δὲ μασχάλας δασείας. τὸ μέντοι ὑπὸ κόλπους, ταὐτὸν καὶ αὐτὸ κατὰ τὸ σημαινόμενον ὑπάρχον, ἀμφοτέρως ἐχρήσαντο, ἑνικῶς φημὶ καὶ πληθυντικῶς, καὶ ἀεὶ μετὰ τῆς προθέσεως, οἷον ὑπὸ κόλπον καὶ ὑπὸ κόλπους.

Glossam apud Photium, quae convenit, inter Aeliana

retulit Schwartzius. cf. Lex. rhet. Bekk. 313, 3 (et 194, 6). Phryn. Ecl. p. 84. Praeter Demosthenis in Aphob. § 12 et Lysiae testimonia aliud ex Lysia servavit Suidas: *καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Κλεινίαν· ἐπειδὴ πάντες κατέδαρθον, ἐσκευασμένος τῶν χαλκωμάτων ὅσα οἷός τ' ἦν πλεῖστα, ὑπὸ μάλης λαβὼν ἐξήγαγε ξίφος ἔχων.* Pro *κόμην* in Lysiae loco *κόρρην* legendum conicit Schwartz. Verba Scholii *τὸ μέντοι ὑπὸ κτέ.* usque ad finem ineptum scioli additamentum sunt.

ibid. 508 D *ἐπὶ κόρρης· ἐπὶ κεφαλῆς ἢ γνάθου ἢ κροτάφου. κόρρην γὰρ καὶ κόρσην τὴν ὅλην κεφαλὴν σὺν τῷ αὐχένι λέγουσι. τινὲς δὲ καὶ ῥάπισμά φασι τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου λαμβάνειν, ἁπτόμενον καὶ τοῦ κροτάφου.*

Dionysii observationem per Boethum in Scholia venisse existimo, quia Suidas, lexicon Bachmanni, Etym. M. iisdem verbis servarunt, cum Eustathius, qui ipsum Dionysium expilabat, paullisper immutatis verbis utatur p. 947, 26: *Ἡ δὲ κόρση ὅτι καὶ κόρρη λέγεται, ἱκανῶς ἔγνωσται ἀλλαχοῦ· ἀφ' οὗ καὶ κατὰ κόρρης καὶ ἐπὶ κόρρης δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον πληγὴ τυχὸν ἢ ῥάπισμα λέγεται τὸ εἰς σιαγόνα καὶ κρόταφον. κόρρην δέ, φησι, καὶ κόρσην Ἀττικοὶ τὴν ὅλην κεφαλὴν σὺν τῷ αὐχένι λέγουσι.* Unde Dionysius sua partim certe acceperit, docebit Harpocration v. *ἐπὶ κόρρης· — ἄλλοι μὲν ἄλλως ἀπέδοσαν, βέλτιον δὲ ὑπολαμβάνειν ἐπὶ κόρρης λέγεσθαι τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου, ὃ λέγομεν ἐν τῷ βίῳ ῥάπισμα.*, — ubi *βέλτιον δέ* ad Didymum nos relegat. Cf. Lex. rhet. Bekk. 255, 8 *ἐπὶ κόρρης· ἅπασαν τὴν κατὰ τῆς κεφαλῆς πληγὴν ἐπὶ κόρρης παίειν φασί, κυρίως δὲ τὸν παρὰ τὰς γνάθους τόπον*, quae in serie leguntur, quam Boyse-

nus e Dionysio fluxisse contendit. Collato Eustathio dubites fere glossam hancce Dionysio tribuere. Neque magis constat, unde Hesychius habeat *ἐπὶ κόρρης· ἐπὶ κεφαλῆς ἢ γνάθου*, ex Diogeniano an ex Boetho. Hic non gravabor exscribere glossam ex Didymo Milleri pg. 400, quam non male suspicatur Mettauer pg. 95 Boetho deberi; glossa autem haec est: *ἐπὶ κόρρης· οἱ μὲν τὸ κατὰ κεφαλὴν τύπτεσθαι· τῶν γὰρ Ἰώνων, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης, τὴν κεφαλὴν καλούντων κόρσην, οἱ Ἀθηναῖοι καθάπερ μυρρίνην τὴν μυρσίνην καὶ τὰ ὅμοια, κόρρην τὴν κεφαλὴν ὠνόμασαν, ὡς Πλάτων ἐν Γοργίᾳ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου* (562,9)· *οἱ δὲ τὸ ἐπὶ κόρρης ἐξηγοῦνται τὸ εἰς τὰς γνάθους τύπτεσθαι, ὡς Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δωροθέου· ῥαπίζειν αὐτὸν Ἱππόνικον κατὰ κόρρης, ἔπειτα καὶ Ἱππόνικος ὑπ' Αὐτοκλέους ἐρραπίσθη τὴν γνάθον. Καὶ Φερεκράτης·*

Ὁ δ' Ἀχιλεὺς εὖ πως ἐπὶ κόρρης αὐτὸν
ἐπάταξεν, ὥστε πῦρ ἀπέλαμψεν ἐκ τῶν γνάθων.

Ad Pherecratis versus adnotavit Millerus: Ce fragment inédit est probablement tiré de la pièce de Phérécrate intitulée *Χείρων*, où ce poète traite un sujet favori de l'ancienne comédie, c'est-à-dire le contraste des moeurs et de l'art antiques avec le dévergondage contemporain. Chiron, qui ne garda Achille que jusqu'à l'âge de neuf ans, lui aura fait peut-être une proposition déshonnête, et celui-ci lui aura donné un soufflet, *ἐπὶ κόρρης*. En lisant *ἀπολάμψαι τῶν γνάθων* on aurait un excellent trimètre. A la rigueur on pourrait conserver *ἐκ* et lire *ἀπολάμπ' ἐκ τῶν γν.* Phérécrate a peut-être écrit avec synérèse *ἀπολάμψ' ἐκ τῶν γν.* Le

Ms. donne ἐπέταξεν au lieu de ἐπάταξεν." Versus nondum recepit Theod. Kock in Comicorum Atticorum fragmentis. Etiam sic versus constitui posse me admonet vir clarissimus van Herwerden:

'Αχιλεὺς δ' ἐπὶ κόρρης αὐτὸν εὐθὺς <νικικῶς>
ἐπάταξεν, ὥστε πῦρ ἀπέλαμψε τῶν γνάθων.

nam praepositionem ἐκ procul dubio rectius deleri.

Schol. Hipp. Min. 368 A..... λήκυθον δὲ ἀγγεῖόν τί φασιν 'Αττικοί, ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς ἔφερον τὸ μύρον, τὴν ἀλάβαστρον. ἀρσενικῶς δὲ τὸν ἀλάβαστρον εἶπεν Ἡρόδοτος.

Similia Photius. Aelium Dionysium de hac voce dixisse docet Eustathius p. 1161, 30. Cf. Naber Proleg. pg. 63 et supra pg. 17.

Schol. Rep. I: 344 A ὅσια· ὅσια τὰ βέβηλα, εἰς ἃ ἔστιν εἰσιέναι, ὡς 'Αριστοφάνης Λυσιστράτῃ·

ὦ πότνι' Εἰλείθυι' ἐπίσχες τοῦ τόκου,
ἕως ἂν εἰς ὅσιον ἀπέλθω χωρίον.

καὶ ὅσια χρήματα τὰ μὴ ἱερά. λέγεται δὲ καὶ τὸ Διονύσιον ὅσιον.

Apud Phot. et Suid. eadem leguntur in v. ὅσιον χωρίον. Unde factum sit, ut Suidas idem istud Διονύσιον habeat, Photius recte δίκαιον, non auguror. Glossam Dionysii morem referre, nemo, opinor, negabit. Aristophanis locus est Lysistr. 743, ubi pro glossemate ἀπέλθω recte legitur μόλω 'γώ.

ibid. III: 400 B ὑποκοριζόμενοι· διασύροντες, ὡς Ξενοφῶν, ἢ τὸ αἰσχρὸν εὐφήμως ὀνομάζοντες, ὡς Δημοσθένης. [κολακεύοντες, ὑποκρινόμενοι.]

Glossa, quam recte Aelio Dionysio tribuunt, cum ipsis locis laudatis legitur apud Photium. Locisunt

Xen. Memor. II, 1 § 26. Demosth. de falsa legat. § 259. cf. Naber Proleg. ad Phot. pg. 36 et in v., Kühner ad Xen. Memor. ll., Schwartz ad Ael. Dion. reliq. in v. Verba uncinis inclusa ex Hesychio Scholiasta intrusit.

ibid IV: 420 E ξυστίς ἐστι λεπτὸν ὕφασμα, περιβόλαιον, ἢ χιτὼν ποδήρης γυναικεῖος. οἱ δὲ τραγικὸν ἔνδυμα ἐσκευοποιημένον καὶ ἔχον ἐπιπόρπημα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῇ πόρπῃ προσκόσμημα ἢ λίθινον ἢ χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν· πόρπη δέ ἐστιν ἡ ἄνω τῆς χλαμύδος σύνδεσις. οἱ δὲ ξυστίδα τὸ λεπτόν, παρὰ τὸ ἐξύσθαι. ἰδίως δὲ τὸ τῶν τραγῳδῶν ἔνδυμα.

Ex duabus glossis haec constant, quarum alteram Photius servavit, de qua infra dicetur, altera legitur in Lex. rhet. Bekk. 254, 31: ἐπιπόρπημα· κόσμημα ἢ λίθινον ἢ χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν. ἢ ἱμάτιον διπλοῦν. πόρπη δέ ἐστιν ἡ ἄνω τῆς χλαμύδος πρόσδεσις in serie, quam Boysenus Dionysio vindicat. Cf. Hesych. v. ἐπιπόρπωμα (-αμα· Schmidt. Recte).

ibid. IV: 421 A νευρορράφους εἶπε Λυκοῦργος τοὺς τὰ νεῦρα ῥάπτοντας ταῖς λύραις.

Utrum Lycurgus rhetor respiciatur, an alius quis, dubium est; sed glossa plenior legitur in Lex. rhet. Bekk. 282, 29: νευρορράφους· τοὺς τὰ νεῦρα ῥάπτοντας ταῖς λύραις καὶ ταῖς κιθάραις καὶ τοῖς τοιούτοις ὀργάνοις. Nostro loco νευρορράφος significat s u t o r.

ibid. V: 449 A ᾖα δισυλλάβως τὸ ἐπορευόμην. σὺν τῷ ἰῶτα γράφεται· οἱ γοῦν Ἴωνες ἤϊα λέγουσι, καὶ ἤϊσαν τὸ ᾖεσαν· καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωστέον· ὅτι ἀκμάζοντες ἤϊσαν εἰς αὐτόν. οἱ δὲ Ἴωνες ᾔεσαν καὶ ἤϊσαν.

Photius idem addito loco ex Aristophanis Ὁλκάσιν,

quod quomodo scribendum sit docuit Cobetus Mnem. IV pg. 388: Ἤια δισυλλάβως τὸ ἐπορευόμην σὺν τῷ ι γράφεται. οἱ γοῦν Ἴωνες ἠΐα λέγουσι. καὶ ἦσαν τὸ ἤεσαν. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωστέον· ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν εἰς αὐτόν. οἱ δὲ Ἴωνες ἤισαν. cf. Cobet. Var. Lect. pg. 33, Naber. ad Phot. in v., Schwartz Ael. Dion. reliq., Schol. Apol. Socr. 21 E. Locus Thucydidis est I: 1.

ibid. VI: 488 A εἰκάζω τὸ ὁμοιῶ, καὶ τὸ εἰκονίζω τὸ αὐτὸ δηλοῖ. χρῆται δὲ τῇ λέξει ὅ τε Ξενοφῶν καὶ ὁ Ἀριστοφάνης καὶ ἄλλοι.

Ex Aelio Dionysio fluxisse suspicor, qui Diogenianum adhibebat. Hesychius: εἰκάζομεν· ὁμοιοῦμεν.

Schol. Criti. 112 B. ξυσσίτια τὰ δεῖπνα ἃ κοινῇ ποιοῦνται Λακεδαιμόνιοι. καλεῖται δὲ καὶ φιλίτια, ἐπεὶ φιλίας συναγωγά ἐστιν.

Idem apud Phot. et similia in lex. rhet. Bekk. 303, 21.

Schol. Legg. VII: 813 D. πελταστικῆς· πέλτη ἐστὶν εἶδος ἀσπίδος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἥτις ἴτυν οὐκ ἔχει, οὐδ' ἔστιν ἐπίχαλκος, οὐδὲ βοὸς ἀλλ' αἰγὸς δέρματι περιτεταμένη, καὶ ἡ ταύτῃ χρωμένη τέχνη πελταστική, καὶ πελτασταὶ οἱ μετιόντες αὐτήν.

Ad verbum fere cum hac glossa conveniunt ea, quae Photius et Lex. rhetor. Bekk. 297, 8 exhibent.

Phot. πελτασταί· οἱ πέλτας ἔχοντες στρατιῶται· πέλτη δὲ εἶδος ἀσπίδος οὐκ ἐχούσης ἴτυν, οὐδ' ἐπίχαλκον, οὐδὲ βοὸς ἀλλ' αἰγὸς δέρματι περιτεταμένη.

Lex. rhet. Bekk. πελτασταί· στρατιῶταί τινες πέλτην ἔχοντες. ὁ δὲ πέλτης εἶδός ἐστιν ὅπλου, οἷον ἀσπίς, ἴτυν οὐκ ἔχουσα, οὐδὲ βοὸς ἀλλ' αἰγὸς ἢ ὑὸς (l. ὄϊος) δέρματι περιτεταμένη.

Nemo non videt glossam Photii et Scholiastae eandem esse et indidem desumtam; tum constat fere glossam lex. rhet. Bekk. aut Diogeniani esse aut Atticistae (Dionysii vel Pausaniae). Iam variae sententiae proferri possunt; mihi autem haec verisimillima videtur: glossam apud Bekkerum Atticistae esse, qui Diogenianum adhibuerit; — legimus enim apud Hesychium: *πέλτη· εἶδος ὅπλου* et *πέλτη· ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα* —, Atticista autem Boethum usum esse atque hinc eandem glossam apud Photium et in Scholiis legi.

ibid. VII: 814 A *ἀπώμοτον· ἀπηγορευμένον, φευκτόν.*

Glossa plenius legitur in sexto lex. Bekk. 441, 14 *ἀπώμοτον· ἀπηγορευμένον, φευκτὸν καὶ ἀποίητον.*

τί δ' ἔστ' Ἀθηναίοισι πρᾶγμ' ἀπώμοτον;

Εὔπολις ἐν ταῖς Πόλεσιν. Idem Suidas. Cf. Schwartz, Aelii Dionys. reliq. in v. Mein. Com. II. 517.

ibid. VIII: 828 D *μηνὶ τῷ δωδεκάτῳ· ὁ Σκιροφοριὼν οὗτος ὠνομάσθη δὲ οὕτως ἀπὸ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς. καὶ Σκίρα ἑορτὴ Ἀθήνησιν.*

Prior pars Scholii exstat apud Phot. v. *σκιροφοριών*, brevius in lex. rhet. Bekk. 304,22. Verba *καὶ Σκ. ἑ. Ἀθην.* leguntur et apud Phot. v. *Σκίρον* et apud Hesych.

ibid. VIII: 849 B *τῇ νέᾳ· ἕνη καὶ νέα· ἡ τριακοστὴ τοῦ μηνὸς ἡμέρα παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ἐκαλεῖτο. ἐκλήθη δὲ ἕνη καὶ νέα, ὅτι τὸ μέν τι μέρος ἔχει τοῦ παρῳχημένου μηνός, ὅπερ ἕνη ἐστί· καὶ γὰρ ἕνον τὸ παλαιόν φασι, νέον δὲ τὸ νῦν ἐπιλαβὸν τοῦ εἰσεληλυθότος, ὃ διὰ τοῦ νέα δηλοῦσι. κατὰ γὰρ σελήνην ἦγον τοὺς μῆνας. ὁ δὲ τῆς σελήνης μήν ἐστιν εἰκοσιεννέα τέταρτον ἡμερῶν.*

Multo brevius est lex. rhet. Bekk. 250, 18 *ἕνη καί*

νέα· ἡ τριακοστὴ τοῦ μηνὸς ἡμέρα ἕνη καὶ νέα καλεῖται, quam glossam ex altero utro Atticista desumtam esse credit Mettauer, quod in eadem serie apud Bekkerum legatur gl. *ἕνδεκα*, quae cum fonte Eustathii 1595, 41 conveniat. Non habeo quod addam. Res ipsa, quae in Scholio traditur, satis nota est.

ibid. IX: 854 B *ἀλιτηριώδεις ἀπὸ τῶν ἀλιτηρίων. οὗτοι δὲ λέγονται ἐκ τοῦδε. λιμός ποτε κατέλαβε τοὺς Ἀθηναίους· τῶν δὲ ἀλούντων ἐπιτηροῦντες οἱ πένητες ἀλούμενα τὰ ἄλευρα διήρπαζον, κἀντεῦθεν οἱ τοῦτο δρῶντες αὐτῶν ἐκλήθησαν ἀλιτήριοι. παρέτεινε τὸ ὄνομα καὶ ἐπὶ τῶν μετὰ βίας τι ποιούντων λέγεσθαι. παράγεται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἀλιτρεύειν, ὅ ἐστιν ἁμαρτάνειν.*

Dionysium Halicarnassensem hoc dixisse diserte affirmat Schol. Republ. V: 470 D. Non igitur Schwartzius hanc glossam tanquam incertam uncinis includere debuerat. Suidas et sextum lex. Bekk. 377,11 eadem vel similia servarunt.

ibid. IX: 855 C *ἄτιμος οὐ μόνον ὁ ἀπεστερημένος τῆς ἐπιτιμίας, ὥστε μὴ βουλεύειν μήτε δικάζειν μήτε ἄρχειν μήτε πολιτεύεσθαι μήτ' ἄλλο τι τῶν κοινῶν ποιεῖν, ἀλλὰ (καὶ) τὸν ἀτιμώρητον.*

Ad verbum fere convenit lex. rhet. Bekk. 198,26. Etiam Mettauer ad Atticistas glossam refert. Alibi nusquam legitur, quantum novi.

Schol. Epp. XIII: 363 A *ἀμοργὶς κυρίως ἡ λινοκαλάμη, ἐξ ἧς γίνεται ἐνδύματα ἀμόργινα ἢ ἀμοργίδια λεγόμενα· οἱ δὲ τὰ παραπλήσια βύσσῳ. ἔστι δὲ ἀμοργὶς καὶ ἡ τοῦ ἐλαίου ὑποστάθμη καὶ ἡ τρὺξ τοῦ οἴνου.*

Eadem fere habet Suidas: *ἀμοργίς· κυρίως ἡ λινο-*

καλάμη, ἐξ ἧς γίνεται ἐνδύματα ἀμόργινα λεγόμενα· ἢ ἡ τοῦ ἐλαίου ὑποστάθμη καὶ ἡ τρὺξ τοῦ οἴνου, quae quin ex Pausania fluxerint fieri non potest, ut quis dubitet; legimus enim apud Eustathium in Commentario ad Dionysium Periegetam vs. 525: *Παυσανίας δὲ οὐ τὸ Ἀττικὸν λεξικόν, ἄλλο τι ἐμφαίνει λέγων, ἀμοργὸς ὅμοιον βύσσῳ, καὶ ὅτι ἀμοργὶς κυρίως ἡ λινοκαλάμη, ἐξ ἧς ἐνδύματα Ἀμοργίδια λεγόμενα, ὡς ὁ κωμικὸς ἐν Λυσιστράτῃ δηλοῖ.* Ad hanc glossam adnotat Rindfleisch: „Cum et Aristophanes (Lys. v. 150) et Suidas, qui descripsit explicationem vocis *ἀμοργίς*, praebeant *ἀμόργινα* pro *ἀμοργίδια*, recte id restituit Pausaniae Meierus. Ceterum, quae Suidas addit, puto equidem e Pausania esse sumpta, exstitisse autem apud doctissimum nostrum Atticistam non s. v. *ἀμοργίς, ιδος* (linum amorginum) sed s.v. *ἄμοργις, εως* (olei sedimentum) et a Suida illa esse confusa. Praeterea descripsit nostrum Schol. Platon." Non possum haec ab omni parte probare, sed mihi consensus Schol. et Suidae (qui a Photio glossam accepit) ad Boethum ducere videtur, qui Atticistas adhibebat; neque, quia et Eustath. et Schol. *ἀμοργίδια* habent, hoc removerim. Utrum verba Scholii: *οἱ δὲ τὰ παραπλήσια βύσσῳ* Boethi sint an Scholiastae dubium est, sed conferri possunt Suidas: *ἀμόργινον· ὅμοιον βύσσῳ καὶ πολυτελές* et Lex. rhetor. Bekk. 210:29 *ἀμοργὶς τί ἐστι· τοῦ καλάμου τῆς ἀνθήλης τὸ λεπτότατον· ἔοικε δὲ βύσσῳ. ὅθεν ἀμόργινα ἱμάτια* (cf. Etym. M. 129,20). Nusquam invenitur *ἄμοργις, εως*, sed apud Eustathium l.l. legitur: *τὸ δὲ ἀμόργινος προπαροξυτόνως χιτῶνος ἐπίθετον ἀπὸ χρώματος ἴσως ἐλαιοχρόου*

τινός· ἀμόργη γὰρ ἡ τοῦ ἐλαίου ὑποστάθμη, ὅ ἐστιν ὁ τρυγίας et apud Etym. M: ἀμόργη· -- σημαίνει δὲ δύο, τὴν ὑποστάθμην τοῦ ἐλαίου, καὶ τὴν τρύγα τοῦ οἴνου. Fierine igitur potest, ut aut Pausanias aut, quod malim credere, Boethus errorem commiserit?

Schol. Axioch. 368 D ποππυσθείη· κολακευθείη, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐπὶ τοῖς ἵπποις ποππυσμάτων ἐν τῷ δαμάζεσθαι.

Apud Eustath. 565,18 legitur: καὶ ὅτι κολακεύειν τι ἐστὶ τὸ ποππύζειν καὶ πόππυσμα κολακεία ἵππων ἀδαμάστων. cf. Photius in voce ποππύσματα. Utrum ex Dionysio dubium.

Haec igitur e Scholiis colligere potui, quae verisimile est fluxisse e lexicis rhetoricis Dionysii vel Pausaniae. Non omnia, facile concedo, adeo magni momenti sunt; neque tamen minutiora neglegere fas mihi esse duxi, illius recte dicti haud immemor, „si minutias neglexeris, fore ut ne tum quidem res tibi procedat, ubi ad difficiliora et abstrusa veneris." Plura dicere in fine huius capitis non necesse est, nam ea, quae utiliter moneri potuerunt, initio memoravi. Itaque utrumque, Dionysium et Pausaniam, iubeamus valere et videamus de aliis glossis, quae in Scholiis insunt.

DE GLOSSIS LEXICORUM PLATONICORUM BOETHI.

Venio nunc ad Boethum, quem antehac saepius iam nominavi. Exstiterunt eius duo lexica Platonica,

quorum Photius in Bibliothecae cod. 151 in hunc modum meminit: Ἀνεγνώσθη δ' ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει (Timaei scil.) καὶ Βοηθοῦ λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον πολλῷ τῆς Τιμαίου συναγωγῆς χρησιμώτερον· προσφωνεῖ δὲ Μελάντᾳ τινὶ τὸ συνταγμάτιον. Συνετάγη δ' αὐτῷ καὶ ἕτερόν τι Ἀθηναγόρᾳ προσφωνούμενον σπουδασμάτιον ὃ περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων ἐπιγράφει· ὧν εἴ τις τὰς λέξεις εἰς ἓν συναγάγοι συνεντάσσων καὶ τὰς συνηγμένας Τιμαίῳ, ἀπηρτισμένην παράσχοιτο τὴν ὠφέλειαν τοῖς τὰ Πλάτωνος ἀναγινώσκειν ἐθέλουσιν. Hanc utilissimam operam ipsum Photium praestitisse summo iure contendit Cobetus Mnem. IX pg. 399 sqq. (a° 1860) demonstrato in Photiana λέξεων συναγωγῇ praeter leves et exiles Timaei observationes alia Platonica inesse egregia et praeclara, laudato deinde hoc loco e Bibliotheca, unde appareat, Photium Boethi λέξεις Πλατωνικὰς novisse earumque bonitatem perspectam habuisse. Itaque fidenter vir summus affirmat: Nemo punctum temporis dubitare potest, quin Photius, qui ipse monuisset Platonis lectoribus utilissimum fore, si quis Boethi λέξεις ex utroque libro coniungeret in unum iisque λέξεις Timaei suo quamque loco adiungeret, quin, inquam, Photius ipse λέξεις συνάγων Timaei observatiunculas colligeret, Boethi egregias observationes non colligeret. Ea res tam manifesta est, atque evidens, ut plura dicere nihil sit opus" [1]). Et nescio

1) Non a Cobeto et Nabero primum, sed dudum ab aliis veluti Meinekio Ritschelio et semetipso demonstratum esse Photium in

quidem, unde manifestius appareret illa a Cobeto recte disputata esse, nisi si alicunde glossa posset excitari, hoc demonstrationis genere Boetho reddita, cui ipsum Boethi nomen adscriptum esset. Quod forte fortuna fieri potest. Nam inter eas glossas apud Photium, quas Cobetus Boetho tribuit, est glossa ἦ δ' ὅς, cui similis legitur in opusculo Didymi περὶ τῶν ἀπορουμένων παρὰ Πλάτωνι λέξεων, quod edidit E. Miller, in Mélanges de littérature grecque. Paris 1868. In illa glossa leguntur verba ὥς φησι Βοηθὸς ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος. Iam vides, quid sequatur [1]).

Sed praeter Photium etiam Scholiasta Platonis nobis e Boethi libellis glossas servavit. Saepe hae glossae cum Photianis ad verbum conspirant; nonnunquam exiliores sunt, quod ipsius Scholiastae culpa factum esse credo; nam quemadmodum hic saepe egregias Boethi observationes aut plane neglexit e. c. Ζάλμοξις,

---

unum corpus conflasse cum aliis glossis Dionysium et Pausaniam Atticistas, Boethum et Timaeum Platonicos, monet Schmidtius Quaest. Hesych. p. xci. Iam vero ante hos omnes Ruhnkenius suspicatus erat nobis hodie apud Photium et Suidam glossas e Boetho superesse; audi ipsum in adnotatione ad Timaei lexicon i. v. περιαγειρόμενοι: Hunc Platonis locum [Rep. X. p. 521 f.] laudat Suidas v. "Ὥσπερ οἱ νικηφόροι et v. περιαγειρόμενοι, quae posterior glossa, singulari eruditione referta, iisdem verbis legitur in Photii Lex. MS. et Apostolii Proverb. xv. 97, atque omnino vel ex Boethi, vel ex alterius Lexico Platonico derivata videtur" et i. v. πέλανοι: Mirum, ni Suidas h. v. Boethi vel alterius Lexicon Platonicum, magno bonarum literarum damno deperditum, compilarit."

1) Hunc Boethum non diversum esse ab auctore lexicorum Platonicorum recte contendunt viri docti contra Millerum.

ὀργεῶνες, al. (cf. Phot. in his vv.), aut minus docta glossa aliunde petita mutavit (cf. Schol. Phaed. 65 B ἦ δ'ὅς, Symp. 193 A λίσπαι, Phaedr. 236 B Κυψελιδῶν ἀνάθημα, ibid. 242 A σταθερόν, Alcib. I: 120 A ὀρτυγοτρόφον cum Photio), sic in hac illave glossa Boethi ipse χρήσεις resecuisse putandus est. Cf. Schol. Parmen. 127 B παιδικά, Phileb. 56 E τευταζόντων. Interdum autem ampliores esse nil mirum; nam ut apud Photium observationes ex lexicis rhetoricis truncatae et mutilatae et contractae sunt, sic idem Boethi observationibus hic illic accidisse credibile est. cf. Schol. Phaed. 72 C ὁμοῦ, Sophist. 220 A ἄττα, Hipparch. 229 D τέως, Theag. 127 C ἔμβραχυ cum Photio (Suida) in iisdem vv.

Iam antequam ad ipsas Boethi glossas, quae in Scholiis occurrunt, accedam, paucis dicendum est de earum origine atque natura. Scilicet his glossis, ut Naberi verbis utar, „ipsa historia attingitur et mores veterum, proverbia imprimis, docte ornantur et multis scriptorum auctoritatibus muniuntur." Esse tamen satis multas, quae in mera verborum interpretatione versentur, qui volet videbit. Summis laudibus observationum harum auctorem effert Cobetus, neque id iniuria; sed in eo vir summus falsus esse videtur, quod non scriptorem, sed descriptorem, doctum sane et elegantem, descriptorem tamen, laudaverit. Non enim Boethus harum observationum pater atque auctor est, sed Pamphilus; vel potius ne Pamphilus quidem, sed illi, quos Pamphilus sequebatur et in lexico suo condendo adhibebat, Didymus imprimis, Artemidorus, Heracleo, alii. Vide supra pg. 5. Hoc multis et lucu-

lentis exemplis docuit Naberus in Proleg. ad Phot. pg. 65, 66, quibuscum conferantur, quae idem vir clar. adnotavit ad singulas glossas ἢ δ' ὅς, Κυψελιδῶν ἀνάθημα, παιδικά, τευτάζειν, περιαγειρόμενοι, alias. Saepe Boethus nil aliud praestitit quam quod glossae aliunde acceptae unum pluresve locos e Platone adscripsit, idque plus quam semel ipso philosophi nomine omisso e. c. in glossis τευτάζειν, ὀργεῶνες, περιαγειρόμενοι, πλημμελεῖν, ὀρτυγοκόπος ubi est: λέγει οὖν (scil. Πλάτων) ἐν Ἀλκιβιάδῃ, κερασβόλα, in qua legitur ὅταν οὖν λέγῃ (sc. Πλάτων). Hinc non dubitabimus, opinor, alias glossas, ubi idem observamus, eodem referre, velut βλᾶκα, λυγιζόμενος, ἄδην, εὐθῦναι, φιτῦσαι, νυκτερίδος αἶνος. Non semper autem Platonis locos adscripsisse Boethum, sed hic illic apud ipsum Pamphilum invenisse patet ex gl. ἐγχυτρίστριαι, quam Suidas et Schol. Min. 315 C e Boetho, Schol. Arist. Vesp. 289 e Didymi lexico comico servavisse videntur. Leguntur autem verba Μίνως ἢ περὶ νόμου et apud Suidam et apud Scholiastam Aristophanis. In diiudicanda glossa utrum e Boethi libellis fluxerit necne, etiam hoc nos adiuvare poterit, quod in his glossis interdum accuratius explanatur, in quo nexu sententiarum locus e scriptore quodam laudatus apud hunc ipsum occurrat. Cf. Cobetus Mnemos. IX pg. 430 de gl. παιδικά, γλυκὺς ἀγκών, ὁμοῦ, quibus adde gl. τέως. Hoc autem Pamphilo vel eius fontibus deberi, non Boetho, mihi persuasi.

De nonnullis glossis amplioribus qua via in Scholia pervenerint dubium est propter singularem quandam

causam. Ex Pamphili enim thesauro Suetonius quoque Tranquillus hausit in componendis duobus libellis, altero περὶ βλασφημιῶν, altero περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν inscripto. Ex utroque libello satis larga excerpta supersunt apud Eustathium in Παρεκβολαῖς, quae ad verbum fere cum scholiis ad Theaet. 146 A, Lysid. 206 E, Gorg. 497 A, Legg. VII: 820 C conveniunt. Iam quaeritur, unde hae glossae fluxerint; dissentiunt viri docti; atque ipsa haec dissensio fecit, ut inter eas glossas referre ausus sim, quae verisimiliter e Boethi lexicis petitae sunt; verum nihil affirmo et iudicium penes quemque sit; neque adeo multum refert scire, per quos rivulos glossa ad nos pervenerit, cum de primario fonte, Pamphilo, dubium esse non possit.

Vidimus supra Boethum duo lexica Platonica composuisse. Fieri non potest, ut statuamus ex utro libello quaeque glossa desumta sit. cf. Naber. Proleg. pg. 55. Utrumque libellum adhibuisse Photium demonstravit Naberus patere e glossis duplicibus; Scholiastam quoque utroque libello usum esse per se quidem verisimile est, minime autem conficitur iis, quae attulit Mettauerus pg. 91, neque omnino demonstrari potest. Mittamus igitur de ea re quaerere. Cur autem proverbia, quae e Boethi libellis sat magno numero in Scholia fluxisse videntur, omiserim, supra pg. 4 significavi. Itaque nunc ceteras glossas, quae ex eius libellis petitae in Scholiis inveniuntur, deinceps consideremus.

Schol. Apol. Socr. 25 C. ὦ τᾶν· ὦ οὗτος, ὦ ἑταῖρε, ὦ τάλαν, ὦ μέλε· ταῦτα παρὰ τοῖς νεωτέροις ὑπὸ τῶν γυναικῶν λέγεται

μόνων, παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς καὶ ὑπ' ἀνδρῶν. πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ πλήθους φασὶ τὸ ὦ τᾶν, ὡς παρὰ Κτησιφῶντι. οἱ δὲ Ἀττικοὶ τὴν πρώτην συλλαβὴν περισπῶσι, τὴν δὲ δευτέραν βαρύνουσι, καὶ βέλτιον· ἀδύνατον γὰρ μίαν λέξιν εὑρεθῆναι δύο ἔχουσαν περισπωμένας. Δίδυμος δὲ τὸ πλῆρες εἶναί φησιν ὦ ἔταν, ἀγνοῶν ὡς ἀπὸ τοῦ ἔτης ἡ κλητική ἐστιν ἔτα, καὶ Δωρικῶς ἔταν.

Eadem Suidas ex Photio, qui sua Boetho debebat, Boethus fortasse Pamphilo. Exilia servavit Hesychius. De Didymi errore vide Schmidt Didym. pg. 403, de plurali significatione observationem Aelii Dionysii apud Suidam: *ὦ τάν· οὐ πρὸς ἕνα μόνον τὸ ὦ τάν, ἀλλὰ καὶ πρὸς δύο. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·*

ὦ τάν, ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ.

καὶ Κρατῖνος·

ἆρά γε ὦ τὰν ἐθελήσετον;

Κτησιφῶντι in *Νικοφῶντι* mutandum esse monet Ruhnkenius ad Timaei lexic. pg. 281/2. Tum praestare videtur *ὡς ἄρα τοῦ ἔτης*, quod est apud Suidam.

Schol. Phaed. 60 B *ἄτοπον τὸ θαυμαστόν, ὡς καὶ ἐν Θεαιτήτῳ φησίν· οὐδέν γ' ἄτοπον, ἀλλὰ πολὺ θαυμαστότερον ἦν· ἐσαφηνίσθη γὰρ διὰ τῆς ἀντιθέσεως. τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνυπόπτου· Εὔπολις Μαρικᾷ·*

καὶ πόλλ' ἀγάθ' ἐν τοῖσι κουρείοις ἐγὼ
ἀτόπως καθίζων, κοὐδὲ γιγνώσκειν δοκῶν.

καὶ τὸ ἀδόκητον καὶ ἀνυπονόητον. οἱ δὲ ἄλογον.

Ex eodem fonte fluxerunt, quae habet Thomas Magister: *ἄτοπον οὐ μόνον τὸ ἄλογον ἀλλὰ καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον. Πλάτων ἐν Φαίδωνι· ὡς ἄτοπον, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο. καὶ πάλιν ἐν Θεαιτήτῳ· καὶ*

οὐδέν γε ἄτοπον, ἀλλὰ πολὺ θαυμαστότερον, εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν, quem fontem Boethi libellum fuisse suspicor. Platonis locus est Theaet. 142 B. cf. Crit. 44 B, Alcib. I: 106 A, et Rep. III: 405 D, ubi Scholiasta adscripsit: ἄτοπα νῦν, ἃ μὴ ἔστι τοπάσαι, ὅ ἐστιν ὑπονοῆσαι, σημαίνει δὲ καὶ κακὸν καὶ ἄλογον καὶ θαυμάσιον, quae plenius leguntur in sexto lex. Bekk. 460, 8: ἄτοπον· ἀντὶ τοῦ ἄλογον, θαυμάσιον, παράδοξον, ξένον, κακόν, μοχθηρόν, καὶ ὃ μὴ ἔχει τόπον. καὶ τὸ ἀνυπονόητον, οἷον ὃ μὴ ἔστι τοπάσαι. καὶ ἀτόπως τὸ ἀσυνήθως καὶ ἀνεπιφάτως

ἀτόπως καθίζων κοὐδὲ γιγνώσκειν δοκῶν

φησὶ Φερεκράτης. Hunc versum memoriae errore Pherecrati tribuere Grammaticum putat Meinekius Com. II. 500, qui Bergkio auctore in praecedenti versiculo scribit ἔμαθον pro ἀγάθ'. In posteriore Scholio verba ὅ ἐστιν ὑπονοῆσαι ex Hesychio intrusa sunt.

ibid. 72 C ὁμοῦ πάντα· ὁμοῦ σημαίνει ποτὲ μὲν τὸ ἐγγύς, ὡς δηλοῖ Δημοσθένης ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας· καίτοι τὸν μὲν ἀνδριάντα τοῦτον οὔπω πεντήκοντα ἔτη φασὶν ἀνακεῖσθαι Σαλαμίνιοι, ἀπὸ Σόλωνος δ' ἐστὶν ὁμοῦ σ' ἔτη καὶ μ'. καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος· εἰσὶν ὁμοῦ πάντες δισμύριοι Ἀθηναῖοι. καὶ Μένανδρος ἐν τῷ Ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ·

πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, δαιμονᾷς γεγονὼς ἔτη
τοσχῦθ'; ὁμοῦ γάρ ἐστιν ἑξήκοντά σοι.

καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι· ἡ γὰρ τὸν Τριφάλητα τίκτουσα φησὶ

λάβεσθε· καὶ γάρ ἐσθ' ὁμοῦ.

δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἐν ταὐτῷ· Ὅμηρος·

ἀλλ' ὁμοῦ ὡς ἐτράφημεν ἐφ' ὑμετέροισι δόμοισι.

καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους· οὐκοῦν εἰ μέν τι ἐάσομεν τούτων συμβάντων ὑμᾶς, οὐ καθαροῖς ὁμοῦ διατρίψομεν. ἔστι καὶ χρονικόν. Σοφοκλῆς Οἰδίποδι·

πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων.

ἔχει καὶ δύναμιν συλλεκτικήν, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ὑδρίᾳ· οἱ Θρᾶκες Λιβύτρωες καλοῦνται· πάντα νῦν ἤδη 'σθ' ὁμοῦ. ὅπερ δηλοῖ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ.

Boethi glossa est. cf. Cobet. Mnemos. IX pg. 430, Naber. Proleg. pg. 108. Propter formam Boethum a Pamphilo mutuatum esse crediderim. cf. supra pg. 67; vide etiam Hesychium et Harpocrationem in voce. Fieri tamen potest, ut quaedam ex Dionysio admiscuerit. cf. Naber. Proleg. pg. 36, Eustath. ad Iliad. p. 878, Lex. rhet. Bekk. 285, 1: *ὁμοῦ· οὐ μόνον τὸ κοινῇ τι πρᾶξαι, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ ἔγγυς, καὶ ἐπὶ χρόνου καὶ ἐπὶ τόπου.* Demosthenis loci emendatius leguntur de falsa legat. § 251, in Aristog. I § 51, in Aristocr. § 43. Menandri locum imitando expressit Terentius Heautontim. 1, 1, 10: Nam proh deum atque hominum fidem, quid vis tibi? quid quaeris? annos sexaginta natus es, aut plus, ut conicio. cf. Mein. Com. IV. 110. Aristophanis fragm. est apud Dindorf. Poet. Sc. Gr. fragm. 458. Iliad. Ψ, 84 legitur *ἐν ὑμετέροισι.* Ad Menandri locum ex Hydria adnotat Mein. Com. IV. 208: Num forte scribendum:

οἱ Θρᾶκες Λιβύ-
τρωες καλοῦνται· πάντα νῦν ἤδη 'σθ' ὁμοῦ.

nomine *Λιβύτρωες* de consilio inter duos versus partito? Sed possis etiam *Λιβύτρωες οἱ Θρᾶκες καλοῦνται κτέ.*"

Veram lectionem dudum restituit Cobetus optime dividens *Λίβυ* (servi nomen in vocativo), *Τρῶες κτἑ.*

Schol. Theaet. 146 A *ἐν τῇ διὰ σφαίρας (παιδιᾷ . . . ἡ μὲν οὐρανία, ἡ δὲ ἀπόρραξις, ἡ δὲ ἐπίσκυρος, ἡ δὲ φαινίνδα. καὶ οὐρανία μέν ἐστιν ἡ εἰς οὐρανὸν τῆς σφαίρας ἀναβολή, ἣν ὁ ποιητὴς ἐμφαίνειν δοκεῖ ἐν οἷς φησίν·*

οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σφαῖραν καλὴν μετὰ χερσὶν ἕλοντο
πορφυρέην, τήν σφιν Πόλυβος ποίησε δαΐφρων,
τὴν ἕτερος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα
ἰδνωθεὶς ὀπίσω, ὁ δ' ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀερθεὶς
ῥηϊδίως μεθέλεσκε πάρος ποσὶν οὖδας ἱκέσθαι.

ἀπόρραξις δέ ἐστιν ὅταν τὴν σφαῖραν μὴ πρὸς τοῖχον ἀλλὰ πρὸς τὸ ἔδαφος σκληρῶς ῥίπτωσιν, ὥστε ἀποκρουομένην ἅλλεσθαι πάλιν. τὴν δὲ ἐπίσκυρον καὶ ἐφηβικὴν καὶ ἐπίκοινον ἔλεγον· ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ κατὰ πλήθη· ὠνομάσθη δὲ οὕτως, ἐπειδὴ οἱ παίζοντες ἐπὶ λατύπης ἑστῶτες, ἣν σκῦρον προσαγορεύουσι, βολῇ σφαίρας ἀλλήλους ἐκδιώκουσιν. φαινίνδα δέ ἐστιν ὅταν ἑτέρῳ τὴν σφαῖραν προδεικνύντες ἑτέρῳ αὐτὴν ἐπιπέμπωσι. τῶν οὖν παιζόντων ταῦτα τοὺς μὲν νικῶντας βασιλεῖς ἐκάλουν, καὶ ὅ τι ἂν προσέτασσον τοῖς ἄλλοις ὑπήκουον, τοὺς δ' ἡττωμένους ὄνους. Κρατῖνος δὲ Χείρωσι χαριέντως ὁμοῦ ἐγκαταμίξας καὶ τὴν ὄνος λύραν παροιμίαν ἔπλεξε τὸν λόγον οὕτως·

ὡς ὄνος ἀπωτέρω κάθηνται τῆς λύρας·

τοὺς γὰρ ἡττωμένους, ὡς ἔφαμεν, ὄνους καθῆσθαι ἔλεγον, βασιλεῖς δὲ τοὺς νικῶντας.

Ad verbum fere haec conveniunt cum Eustathio ad Odyss. 1601, 31, ubi locus noster e Platone laudatur. Adhibebat Eustathius Suetonii libellum *περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν*, Suetonius autem Pamphilum exscri-

bebat. cf. Cohn, de Aristophane Byzantio et Suetonio Tranquillo Eustathi auctoribus pg. 341 seqq. Hinc nemo pro certo affirmare poterit, qua via haec in Scholia fluxerint, utrum per Boethum, quae est sententia Naberi ad Phot. v. *φαινίνδα* (II pg. 260) et Cohnii l.l. pg. 356, 361, an ex ipso Suetonii libro, quod putant Mettauerus, de Platonis Scholiorum fontibus pg. 119 et C. Robert, Griechische Kinderspiele auf Vasen, Archaeolog. Zeit. 1879 pg. 80 not. Loci laudati sunt Hom. Odyss. *θ*: 372—6, Mein. Com. II. 150. cf. Naber. ad Phot. v. *ὄνος λύρας*.

Schol. Sophist. 220 A *ἄττα· τοῦτο ψιλούμενον μὲν τινά σημαίνει, δασυνόμενον δὲ ἅτινα, ὡς Δημοσθένης δηλοῖ ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας· ὁ δὲ πρεσβεύων Αἰσχίνης οὑτοσὶ ἐλθὼν πῶς μὲν καὶ ἅττα ποτὲ διελέχθη; ἐνίοτε δὲ ἐκ τοῦ περιττοῦ προστίθεται, ὡς ἐν τῷ Χείρωνι Φερεκράτης· τοῖς δέκα ταλάντοις ἄλλα προστιθείς, ἔφη, ἄττα πεντήκοντα. οὐδὲν γὰρ σημαίνει ἐνταῦθα τὸ ἄττα. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·*

ὅστις σκαλαθυρμάτι' ἄττα μικρὰ μανθάνων.

Ἐρατοσθένης δὲ χρονικῶς αὐτό φησι παραλαμβάνεσθαι·

πυθοῦ χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται.

καὶ πάλιν·

ὁπηνίκ' ἄτθ' ὑμεῖς κοπιᾶτ' ὀρχούμενοι.

Haec Boethum debuisse Pamphilo, Pamphilum Didymo, qui Eratosthenem usurpabat, non est veri dissimile. Contracte eadem leguntur in sexto lex. Bekk. 461, 5 et apud Suidam: *ἄττα· ἐν δὲ τῷ παραπρεσβείας Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ ὅσα ἔλαβε τὴν λέξιν. τῶν δὲ κωμικῶν τις τὸ ἄττα ἐπὶ ἀριθμοῦ ἔταξεν, ἕτερος δὲ ἐπὶ χρόνου.*

Similia atque Scholiasta habet Etymol. M. 167, 43. cf. Eustathium ad Iliad. 148 extr., quae referat *κατὰ τοὺς παλαίους*. Vide quoque Naber. Proleg. pg. 36. Demosthenis locus emendatior legitur de falsa legat. § 304. Pherecratis versuum reliquias non male Meinekio iudice Com. II. 339 ita digessit Runkelius: „*τοῖς δέκα ταλάντοις προστιθεὶς | ἀλλ' ἄττα πεντήκοντα.*" Aristophanis locus est Nub. 630. De duobus ultimis versibus cf. Dindorf. ad Aristoph. fr. 499. Aptissime conferunt cum priore horum versuum initium Thesmophoriazusarum: *Ὦ Ζεῦ, χελιδὼν ἄρά ποτε φανήσεται;* cf. Interpr. ad Harpocrat. i. v.

Schol. Politic. 307 C *βλακικά· εὐήθη, μωρά, ἀνόητα, ἀπὸ ἰχθύος καλουμένου βλακός, ὁμοίου σιλούρῳ, ἀχρήστου τοσοῦτον ὡς μηδὲ κυνὶ βρώσιμον εἶναι. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν Κύμῃ χωρίου, τῆς Βλακείας.*

Integrius servavit haec Suidas: *βλᾶκα· χὶτιατική, τὸν εὐήθη καὶ ἀνόητον. εἴρηται δὲ ἀπὸ ἰχθύος τινὸς ὁμοίου σιλούρῳ, ἀχρήστου δὲ οὕτως ὡς μηδὲ κύνα αὐτῷ χρῆσθαι. Πολιτείας δ'· βλακικόν τε* (leg. *γε*) *ἡμῶν τὸ πάθος. ὡς εἰ λέγοι τις πνευμονίαν, ἀπὸ τοῦ θαλαττίου ζῴου ὄντος ἀναισθήτου. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πρὸς τῇ Κύμῃ χωρίου, τῆς Βλακείας, οὗ μνημονεύει καὶ Ἀριστοτέλης. κκὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τέλος τι βλακεννόμιον, ὃ οἱ ἀστρολόγοι τελοῦσι, διὰ τὸ τοὺς μωροὺς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς.*

Glossam Platonicam Boetho iure tribuit Cobetus Mnem. IX. p. 431. Boethum adhibuit Photius, unde Suidas glossam accepit, quod confirmabit Etymol. M. 199, 5, qui eadem atque Suidas tradit ex lexico rhetorico: *εἰς δὲ τὸ λεξικὸν τὸ ῥητορικὸν εὗρον ἐγὼ εἰρῆσθαι*

τὴν λέξιν κτέ. Esse autem hoc λεξικὸν ῥητορικόν nihil aliud quam Photii λέξεων συναγωγὴν docuit Naberus Proleg. ad Phot. pg. 169 seqq. Prior glossae pars servata est in Anecdotis Bachmanni I pg. 180, 4. cf. Hesych., Eustath. ad Hom. 1405, 34, Apostol. Proverb. 59. Copiose de hac voce egit Ruhnken. ad Timaei lex. i. v., qui locos e Platone collegit. Locus in glossa laudatus est Rep. IV: 432 D. De tributo, quod dicebatur βλακεννόμιον vide Friedländer, Sittengeschichte Roms I pg. 346, de etymologia vocis βλάξ Schol. Gorg. 488 B, Buttmann Lexilog. I, 211. II, 262.

Schol. Parmenid. 127 B παιδικά· καὶ ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἐπὶ ἀρρένων ἐρωμένων ἡ λέξις εὕρηται, κατὰ μεταφορὰν δὲ τὴν ἀπὸ τούτων καὶ ἐπὶ πάντων τῶν σπουδαζομένων πάνυ· ὡς καὶ ἐν Φαίδρῳ λέγεται· ἐσπούδακας, ὦ Φαῖδρε, ὅτι σου τῶν παιδικῶν ἐπελαβόμην, ἐρεσχηλῶν σε. ἡ δὲ λέξις ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ τῶν ἀσελγῶς ἐρωμένων.

A Scholiasta excerpta sunt ex docta observatione, quam e Boetho servasse Photium docuit Cobetus Mnemos. IX, pg. 429. Legitur apud Photium παιδικά· ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις· παραδείγματα δὲ τοῦ ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων τάττεσθαί (ἐστι) πολλά· καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως δ' ἐρασταῖς δῆλον ὡς οὕτως ἐξείληπται· ἐπιδόντων γάρ τι τῶν Σατύρων εἰς τὴν γυναικείαν ἐπιθυμίαν, φησὶν ὁ Φοίνιξ·

παπαῖ τὰ παιδίχ' ὡς ὁρᾷς ἀπώλεσας.

καὶ Κρατῖνος Πανόπταις·

μισεῖς γὰρ τὰς γυναῖκας, πρὸς παιδικὰ δὲ τρέπει νῦν.

Ὅτι δὲ ἐκάλουν οὕτως καὶ τὰ πρὸς τὰς γυναῖκας Εὔπολις· φησὶ γὰρ ὡς πρὸς αὐλητρίδα τις·

ἐγὼ δὲ χαίρω πρός γε τοῖς σοῖς παιδικοῖς.

καὶ Κρατῖνος δὲ Ὥραις τῆς παλλακῆς ἀποδημοῦντος τοῦ Διονύσου ἐρώσης, φησὶν ἐπ' αὐτοῦ·

μακάριος τῶν παιδικῶν.

Οὐχὶ δὲ μόνον οἱ ἐρώμενοι καλοῦνται τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ σπουδαζόμενοι πάνυ, κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπ' ἐκείνων. Πλάτων Φαίδρῳ· ἐσπούδακας, ὦ Φαῖδρε, ὅτι σου τῶν παιδικῶν ἐλαβόμην ἐρεσχελήσων σε. λέγεται δὲ παιδικὸν καὶ τὸ παιδαριῶδες οἷον τὸ ἁρμόζον παιδί· ἡ δὲ λέξις ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ τῶν ἀσελγῶς ἐρωμένων.

Boethum haec ex Pamphilo habere observavit Naberus. cf. Proleg. ad Phot. pg. 66 et adnot. ad vocem. Sophoclis versus est fragm. 165 apud Dindorf. Bachm. in Anecd. I, 324 edidit: ὡς ὁρῶ σ' ἀπώλεσαν, quod Dindorfio e conjectura fecisse videtur. Observandum tamen iam antea Montefalconium edidisse: ὡς ὁρῶσ' ἀπώλεσας. Comicorum locos vide apud Meinek. Com. II, 105, 561, 166. Kock, Com. p. 345 coniecit ἐγὼ δ' ἔχαιρον πρόσθε, Herwerden ἐγὼ δὲ χαίρω, Πρῶτε, τοῖς σοῖς παιδικοῖς. Platonis locus est Phaedr. 236 B, quem Phot., Suid., Bachm. vitiosum exhibent, Scholiasta integrum.

Schol. Phileb. 56 E. τευτάζοντων· πραγματευομένων, ἐπὶ πολὺ διατριβόντων ἐν τῷ αὐτῷ, φροντιζόντων, ἢ ἐπιστρεφῶς τι πραττόντων, ἢ ἐνεργούντων, ἢ σπουδαζόντων· ἅπαντα γὰρ δυνατὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκδέξασθαι· σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἡσυχαζόντων, καὶ ἔτι τὸ σκευωρουμένων, ἢ στραγγευομένων, ὅ ἐστι σκολιῶς διακειμένων, πρὸς τούτοις καὶ ταυτολογούντων ἢ φλυαρούντων· πολύσημος γὰρ ἡ λέξις ἥδε.

Quod in superiore glossa factum esse vidimus, hic

quoque Scholiasta utilissimas *χρήσεις* omisit, nil nisi nuda interpretamenta apponens. Integram glossam servavit Photius: *τευτάζειν· πραγματεύεσθαι ἢ σκευωρεῖσθαι ἢ στραγγεύεσθαι καὶ πολὺ διατρίβειν ἐν τῷ αὐτῷ. Λυκόφρων οὕτως καὶ Δίδυμος, προσθεὶς ὅτι ἐνίοτε σημαίνει καὶ τὸ φροντίζειν. Ἡρακλέων δὲ καταμεμψάμενος Λυκόφρονά φησιν εἶναι τὸ ἐπιστρεφῶς τι πράττειν ἢ ἐνεργεῖν· καὶ Ἀρτεμίδωρος τὸ φροντίζειν. Φρύνιχος Μύσταις·*

μάστιγα δ' ἐν χεροῖν ἔχων τευτάζεται.

Πλάτων Ξαντρίαις·

ἦν δὴ θόρυβος τευταζόντων.

ἀντὶ τοῦ πραγματευομένων ἢ διατριβόντων. Καὶ ἐν Τιμαίῳ· τῷ μὲν οὖν περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἢ φιλονεικίας τετευτακότι· οἷον διατετριφότι. Γράφεται καὶ τεταυτακότι. Τηλεκλείδης·

πάντες δὲ τευτάζουσιν οἱ διάκονοι.

ἀντὶ τοῦ πραγματεύονται, σκευωροῦνται. Φερεκράτης·

ὁ δὲ παῖδα καλεῖ καὶ τευτάζει τούτῳ δεῖπνον παραθεῖναι.

Σημαίνει δὲ καὶ τὸ σπουδάζειν· Πολιτείας ζ'· καὶ τὸ ἡσυχάζειν. καὶ τευτάζων, τὸ αὐτὸ ἀεὶ λέγων, φλυαρῶν. Cf. Naber. ad hanc gl., qui originem perspicue indicat: „Photius accepit a Boetho, Boethus a Pamphilo. Pamphilum laudasse novimus Didymum, Artemidorum, et Heracleonem; Didymus usurpabat Lycophronem." Cf. Proleg. ad Phot. pg. 66, Ruhnken. ad Timaei. lex. in v., Schmidt, Didymi fragm. pg. 46. Phrynichi locum vide apud Meinek. Com. II. 594, Platonis II. 646, Teleclidis II. 375, Pherecratis II. 354. Platonis loci sunt Timae. 90 B, Rep. VII: 521 E, Phileb. 56 E.

ibid. 60 D *οἷ περισπωμένως ἑαυτῷ, ὡς ἐνταῦθα· ὀξυτόνως δὲ οἵτινες. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ὅποι.*

Convenit Photius in v. *οἶ· περισπωμένως ἀντὶ τοῦ ἑαυτῷ, ὀξυτόνως δὲ τὸ οὗτοι. Συμποσίῳ· οἷ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα τῶν ἔνδον ἀπαντήσαντα. καὶ οὗ ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ.* Πο-*λιτείᾳ· πλὴν οὗ.* Laudantur Symp. 174 E, Rep. X: 617 E. Praecedit hanc gl. apud Phot. *οἷ· ὅπου*, quod corrige ex Scholio.

Schol. Hipparch. 229 D *τέως· δηλοῖ τὸ πρὸ τοῦ. Δημοσθένης· ὁ τέως προσκυνῶν τὴν θόλον. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις·*

ἃ 'γὼ μόλις
στεφανηπλοκοῦσ' ἔβοσκον ἐν ταῖς μυρρίναις,
τέως μὲν οὐκ ἂν . . .

Ζωΐλος ἐν τῷ εἰς Πολύφημον ἐγκωμίῳ· οὕτω γὰρ ὡμογνωμόνησαν οἱ θεοὶ περὶ τῆς τιμωρίας ταύτης, ὥστε πάντοθεν Ὀδυσσεὺς τέως ὁ σωζόμενος καὶ τὰς ναῦς ἀκεραίους περιποιούμενος περιώφθη μετὰ τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς. ἐν δὲ τοῖς Ἀριστοφάνους Τελμισσεῦσιν (l. *Τελμησσεῦσιν*) *ἀντὶ τοῦ πρότερον κεῖται·*

οὐ γὰρ τίθεμεν τὸν ἀγῶνα τόνδε τὸν τρόπον
ὥσπερ τέως ἦν, ἀλλὰ καινῶν πραγμάτων.

ἐν δὲ τῇ Εἰρήνῃ ὁ αὐτὸς ἀντὶ τοῦ ἐν τοσούτῳ κέχρηται, περὶ Ὑπερβόλου λέγων·

ἀπορῶν ὁ δῆμος ἐπιτρόπου καὶ γυμνὸς ὢν
τοῦτον τέως τὸν ἄνδρα περιεζώσατο.

καὶ ἔτι ἐν τῇ Εἰρήνῃ εὕρηται ἀντὶ τοῦ ἕως· λέγει δὲ ὁ ἱπποκομῶν τὸν κάνθαρον

ἔρειδε, μὴ παύσαιο μηδέποτ' ἐσθίων
τέως ἕως αὑτὸν λάθῃς διαρραγείς.

καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας ἀντὶ τοῦ ἕως· ἀντὶ δὲ τοῦ Εὔβοιαν ἀποδοθῆναι περὶ Δρυμοῦ καὶ τῆς πρὸς

Πανάκτῳ χώρας μεθ' ὅπλων ἐξερχόμεθα, τέως δ' ἦσαν ἔσω οἱ Φωκεῖς, οὐδέποτ' ἐποιήσαμεν. παρὰ δὲ Φερεκύδῃ καὶ τοὔνομα τῆς Ἰωνικῆς πόλεως, λέγω δὲ τῆς Τέω, κείμενον εὗρον, ὅθεν ἦν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός, ἀπὸ τοῦ τέως. ὁ γὰρ Ἀθάμας, φησίν, ἀναχωρῶν ἐκ τῆς χώρας, εὑρὼν Ἄρεαν τὴν θυγατέρα ἀθύρουσαν καὶ λίθους συμφοροῦσαν τοὺς νῦν ὄντας ἐν Τέῳ, ἤρετο ταύτην τί ποιεῖς; ἡ δὲ εἶπε· τέως σὺ ἐζήτεις, ἵνα πόλιν κτίσῃς, εὗρον. ἀφ' οὗ ἀνακινηθεὶς τὴν πόλιν ὠνόμασε Τέω. καὶ ἀντὶ τοῦ ἵνα, καὶ ὡς, καὶ μέχρι τούτου, καὶ ἔμπροσθεν. ἀντίκειται δὲ τῷ τέως τὸ ἐν ὅσῳ.

Doctam et copiosam Boethi adnotationem laudat Naberus ad exilia excerpta apud Photium: *τέως· ἀντὶ τοῦ πρὸ τοῦ, πρίν, ἕως τινός, ἐπὶ τοσοῦτον ἕως*. Hinc in Scholio supplendum esse videtur *καὶ ἔτι ἐν τῇ Εἰρήνῃ εὕρηται ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοσοῦτον ἕως*. Haud dubie indidem atque Scholion originem ducunt, quae leguntur in lex. rhet. Bekk. 309, 23. Loci laudati sunt Demosth. de falsa legat. § 314. Arist. Thesmoph. 447 seqq., ubi est: *τέως μὲν οὖν ἀλλ' ἡμικάκως ἐβοσκόμην*. Aristophanis fragm. 446, Pac. 686, 687. et. 31, 32. Demosth. de falsa leg. § 326. De Zoili fragmento vide Lehrs, de Aristarchi Studiis Homericis pg. 205.

Schol. Theag. 127 C *ἔμβραχυ· ὅπερ ἂν εἴποι τις εὐχερῶς εἰπεῖν ἐθέλων ἢ ἁπλῶς, τοῦτο ἔμβραχυ λέγεται. ἔμβραχυ οὖν συντόμως καὶ ἁπλῶς. Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφῶντος· οἶδε γὰρ αὐτῷ δεδομένην ἄδειαν καὶ πράττειν καὶ γράφειν ὅ τι ἂν ἔμβραχυ βούληται. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις·*

> *ποῦ δ' οὐχὶ διαβέβληχ' ὅπου περ ἔμβραχυ*
> *εἰσὶν θεαταὶ καὶ τραγῳδικοὶ χοροί;*

Κρατῖνος Ὥραις·

ἔδει παρέχειν ὅ τί τις εὔξαιτ' ἔμβραχυ.

Apud Suidam: ἔμβραχυ· ἁπλῶς, ὅλως, συντόμως addito eodem loco e Thesmophoriazusis. Idem Bachmanni lexicon sed sine testimonio. Cf. lex. rhet. Bekk. 187, 32; 258, 22; Schol. Gorg. 457 A. Fortasse glossa e Boethi libello fluxit. Loci sunt: Hyperid. fr. 45. Aristoph. Thesmoph. 390/1, ubi Dindorf. in edit. 5a Poet. Sc. Gr. καὶ τραγῳδοὶ καὶ χοροί, sed male adnotat: „πῶς Schol. Plat. (ad Theag. 127 C) pg. 88 edit. Ruhnk.", nam in illa quoque Scholiorum editione τοῦ legitur. Ad Cratini versum Meinek. Com. II. 167 laudat Elmsleium, qui constituit: ἔδει σε παρέχειν ὅ τι τις εὔξαιτ' ἔμβραχυ. Praeterea, addit Meineke, rectius scribitur ἐμβραχύ.

Schol. Charmid. 153 D ἅδην· ἅλις, εἰς κόρον, ἱκανῶς, δαψιλῶς, ἀρκούντως.

Idem Photius in v., ubi locus hicce Platonis laudatur. cf. Euthydem. 11 E, Rep. I: 341 C, VII: 541 B, Politic. 272 C, Criti. 115 A, Epist. III: 315 E.

Schol. Lys. 206 E ἀστραγαλίζειν τὸ ἀστραγάλοις παίζειν, ὅπερ καὶ ἀστρίζειν ἔλεγον, ἐπεὶ καὶ τοὺς ἀστραγάλους ἄστριας ἐκάλουν. Καλλίμαχος·

ζορκός τοι, φίλε κοῦρε, Λιβυστίδος αὐτίκα δώσω
.... νεοσμήκτους ἄστριας.

ἔνιοι δὲ ἀστρίχους φασίν. παίζεται δὲ ἀστραγάλοις τέσσαρσιν, καὶ εἷς ἕκαστος ἀστράγαλος πτώσεις ἔχει τέσσαρας ἐξ ἑβδομάδος κατὰ ἀντίθετον συγκειμένας ὥσπερ ὁ κύβος· ἔχει δὲ ἀντικείμενα μονάδα καὶ ἑξάδα, εἶτα τριάδα καὶ τετράδα· ἡ γὰρ δυὰς καὶ πεντὰς ἐπὶ τῶν κύβων μόνων παραλαμβάνεται διὰ τὸ ἐκείνους ἐπιφανείας ἔχειν ἕξ. εἰσὶ δὲ αἱ

σύμπασαι τῶν ἀστραγάλων πτώσεις ὁμοῦ τεσσάρων παραλαμβανομένων πέντε καὶ τριάκοντα. τούτων δὲ αἱ μὲν θεῶν εἰσὶν ἐπώνυμοι, αἱ δὲ ἡρώων, αἱ δὲ βασιλέων, αἱ δὲ ἐνδόξων ἀνδρῶν, αἱ δὲ ἑταιρίδων· αἱ δὲ ἀπό τινων συμβεβηκότων ἤτοι τιμῆς ἕνεκα ἢ χλεύης προσηγόρευνται. λέγεται δέ τις ἐν χύταις Στησίχορος καὶ ἑτέρα Εὐριπίδης, Στησίχορος μὲν ὁ σημαίνων τὴν ὀκτάδα, ἐπεὶ ὁ ἐν Ἱέρᾳ τοῦ μελοποιοῦ τάφος ἐξ ὀκτὼ γωνιῶν συνέκειτο, Εὐριπίδης δὲ ὁ τὸν τεσσαράκοντα· εἷς γὰρ Εὐριπίδης τῶν τεσσαράκοντα Ἀθήνησι προστατῶν τῶν μετὰ τὴν τῶν λ′ τυράννων κατασταθέντων κατάλυσιν. τῶν δὲ βόλων ὁ μὲν τὰ ἓξ δυνάμενος Κῷος καὶ ἑξίτης ἐλέγετο, Χῖος δὲ ὁ τὸ ἓν καὶ κύων. λέγεται δέ τις καὶ παροιμία ἀπὸ τούτου, οἷον Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐάσω· ἀφ' οὗ καὶ Στράττις Λιμνοπέδαις·

Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν.

ἔπαιζον δὲ ἀστραγάλοις καὶ πολλοῖς καθάπερ καρύοις καὶ ὀλίγοις, τοῦ δὲ εἴδους τῶν πολλῶν τὸ μὲν ἀρτιασμὸν ἔλεγον, τὸ δὲ τρόπα, τὸ δὲ ὤμιλλαν. ἀρτιασμὸς μὲν οὖν ἐστὶ τὸ δραξάμενον ἀστραγάλων ἤ τινων ἄλλων ἐξετάζειν τὸν συμπαίζοντα, πότερον ἀρτίους ἢ περισσοὺς κατέχει, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν.

τρόπα δ' ἐστὶν ἡ εἰς βόθυνον ἐκ διαστήματος βολή. Κρατῖνος Πυλαίᾳ·

ᾗ Διονυσίοις ἀκύλοις παίζουσ' ἀνέμενοι τρόπα.

ἡ δὲ ὤμιλλά ἐστιν ὅταν περιγράψαντες κύκλον ἐπιρρίπτωσιν ἀστραγάλους ἤ τι ἄλλο, ὡς τῇ μὲν ἐντὸς βολῇ νικώντων τῇ δὲ ἐκτὸς ἡττωμένων. Εὔπολις Χρυσῷ γένει μεταφέρων ἐπὶ τὴν ἐκ Κυκλώπων (l. cum Meinekio τὴν ἐν κύκλῳ) κατάκλισιν τοὔνομα οὕτως φησίν· ἔπειτ' εἴσειμι ἐνθάδε μείνας εἰς ὤμιλλαν κἂν μὴ μετίῃ.

De huius Scholii origine non aliter iudicabunt viri docti atque supra de Schol. ad Theaet. 146 A. Admodum similia sunt, quae Eustathius ad Iliad. 1289, 53 e Suetonii libello περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν excerpsit, ita tamen ut Scholion locupletius sit; nam apud Eustath. omittuntur tria genera τοῦ ἀστραγαλίζειν (ἀρτιασμός, τρόπα, ὤμιλλα), quae tamen a Suetonio commemorata fuisse (est observatio Cohnii, De Aristophane Byz. et Suetonio Tranq. Eust. auctoribus, pg. 357) verba demonstrant, quibus Eustath. p. 1290, 3 disputationis finem facit: ὡς δὲ καὶ πολλοῖς ἀστραγάλοις ἔπαιζον καθὰ καρύοις, ζητητέον ἐν τῷ Πλούτῳ τοῦ κωμικοῦ, quibus respondet Schol. Plat.... ἔπαιζον δὲ ἀστραγάλοις καὶ πολλοῖς καθάπερ καρύοις, ubi paulo post Ἀριστοφάνης Πλούτῳ (816) laudatur." Cf. Phot. v. τρόπα, Suid. vv. ἀρτιασμός, ὤμιλλα et Pollux IX. 94—103, qui de Stesichoro haec: καὶ μὴν καὶ Στησίχορος ἐκαλεῖτό τις παρὰ τοῖς ἀστραγαλίζουσιν ἀριθμὸς ὃς ἐδήλου τὰ ὀκτώ· τὸν γὰρ ἐν Ἱμέρᾳ τοῦ ποιητοῦ τάφον, ἐξ ὀκτὼ πάντων συντεθέντα, πεποιηκέναι τὴν Πάντ' ὀκτώ, φασὶ παροιμίαν. De hoc proverbio vide Phot. v. πάντα ὀκτώ, Zenob. V. 78, O. Crusius, Analecta critica ad Paroemiographos Graecos. Lipsiae, 1883, qui pg. 50: Mihi a talorum ludo proverbium originem duxisse videtur, ut spectet, „ad rem, quae forte fortuna bene cadat" (Erasm.) Quamquam cur Stesichorus appellatus sit iactus ille, qui effici non poterat nisi „unione et ternione geminatis" (Klein, Stesichori fr. pg. 28), haud satis liquet; nam vix probabilia sunt veterum commenta aut recentiorum nuper composita et refutata a Flachio „Gesch. d. Gr.

Lyrik" pg. 332 seqq., qui suam ipsius opinionem cum veterum testimoniis (Dion. Halic. de comp. verb. XIX) pugnantem vereor ut cuiquam probet." De talorum ludo scripsit L. Becq de Fouquières, Les jeux des Anciens, leur description, leur origine, leurs rapports avec la religion, l'histoire, les arts et les moeurs. Paris 1873 (de quo libro consuli potest Naberus in „Gids" 1875 mense Martio pg. 542 seqq.). Ad hunc (pg. 325 seqq.) refero de explicatione iactus „Euripidis." Callimachi versus est fragmentum 239; Strattidis versus (Mein. Com. II. 771) spectat ad Theramenem Atheniensem. cf. Cohn l. l. pg. 360; Cratini versum corruptum sic emendare conatur Mein. II. 113:

οἳ (εἰ) Διονυσίοις
ἀκύλοις ἀεὶ παίζουσ' ἀνειμένοι τρόπα.

De Eupolidis versu vide Mein. II. 539.

Schol. Gorg. 451 E *σκόλιον λέγεται ἡ παροίνιος ᾠδή, ὡς μὲν Δικαίαρχος ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγώνων, ὅτι τρία γένη ἦν ᾠδῶν, τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ᾀδόμενον, (τὸ δὲ) καθ' ἕνα ἑξῆς, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν συνετωτάτων, ὡς ἔτυχε τῇ τάξει· ὃ δὴ καλεῖσθαι σκόλιον. ὡς δὲ 'Αριστόξενος καὶ Φύλλις ὁ μουσικός, ὅτι ἐν τοῖς γάμοις περὶ μίαν τράπεζαν πολλὰς κλίνας τιθέντες, παρὰ μέρος ἑξῆς μυρρίνας ἔχοντες ἢ δάφνας, ᾖδον γνώμας καὶ ἐρωτικὰ σύντονα. ἡ δὲ περίοδος σκολιὰ ἐγίνετο διὰ τὴν σύνθεσιν τῶν κλινῶν ἐπὶ οἰκημάτων πολυγωνίων οὐσῶν, καὶ τούτῳ καὶ τὰς ἐπ' αὐτὰς κατακλίσεις παραβύστους γίνεσθαι. οὐ διὰ τὴν μελοποιίαν οὖν, διὰ δὲ τὴν τῆς μυρρίνης σκολιὰν διάδοσιν, ταύτῃ καὶ τὰς ᾠδὰς σκολιὰς καλεῖσθαι.*

Boethus adnotationem Pamphilo debebat, Pamphilus Didymo. cf. Naber. ad Phot. in v. Prior Scholii pars

usque ad τῶν κλινῶν est apud Phot. et Schol. Aristoph. Ran. 1337, eadem lacuna ante verba καθ' ἕνα ἑξῆς, quam ex Athenaeo XV. 694 in hunc modum expleri voluit Siebenkeesius: τὸ δὲ ὑπὸ πάντων μέν, οὐδ' ὁμοῦ, ἀλλὰ καθ' ἕνα ἑξῆς. Dobraeus coniecit, quod in textu est. Pro σύντονα legitur in Schol. recensione Dübneri (ed. Didot) [οἱ] συμπόται, pro σύνθεσιν apud Phot. et Schol. Arist. θέσιν. Quae in solis Scholiis leguntur inde ab ἐπὶ οἰκημάτων, in iis sunt, quae non prorsus intellegam.

ibid. 494 B χαραδριός ὄρνις τις, ὃς ἅμα τῷ ἐσθίειν ἐκκρίνει. εἰς ὃν ἀποβλέψαντες, ὡς λόγος, οἱ ἰκτεριῶντες ῥᾷον ἀπαλλάττονται· ὅθεν καὶ ἐγκρύπτουσιν αὐτὸν οἱ πιπράσκοντες, ἵνα μὴ προῖκα ὠφελῶνται οἱ κάμνοντες.

καί μιν καλύπτει· μῶν χαραδριὸν περνάς;

ὥς φησιν Ἱππῶναξ.

Eadem apud Suidam, quae vix licet dubitare, quin Boetho debeantur. cf. Arist. Aves 268 ibique Scholia et quae adnotavit Kock. Ruhnk. ad Tim. lex. in v. In Hipponactis versu (fr. 52) Siebenkees in Schol. edit. et Ruhnk. in adnot. ad Tim. lex. legunt περνᾷς, sed hic in sua edit. Schol. rectius περνάς. Pro καλύπτει Ruhnken. suadet καλύπτεις, quod tamen nec necessarium est, nec receptum.

ibid. 497 A τὸ ἀκκίζεσθαι ἐκ γυναικὸς εἰρῆσθαί φασιν Ἀκκοῦς καλουμένης, ἣν οὕτως εὐήθη λέγουσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ θοἰμάτιον καθελομένην ἡμίεργον ἀμφιέσασθαι, εἴς τε τὸ κάτοπτρον βλέπουσαν πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς ἔμφασιν εἰς αὐτὸ γιγνομένην ὡς ἑτέρᾳ προσλαλεῖν γυναικί. μέμνηται ταύτης Ἕρμιππος ἐν Ἀθηνᾶς γοναῖς καὶ Ἄμφις ἐν τῷ

ὁμωνύμῳ αὐτῆς δράματι. ἀκκίζει οὖν φησὶν ἀντὶ τοῦ ἀνοηταίνεις οἷα γυνή, μὴ εἰδέναι προσποιούμενος.

Indidem fluxerunt, quae e Suetonii opusculo περὶ βλασφημιῶν excerpta leguntur apud Millerum Mélanges pg. 422: Ἀκκῶ· ἐπὶ τῆς εὐήθους γυναικός· καὶ ἀκκίζεσθαι τὸ μωραίνειν· ταύτην δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ καθελομένην θοἰμάτιον ἀμφιέσασθαί φασιν ἡμίεργον, εἴς τε τὸ κάτοπτρον ἀποβλέπουσαν ἑαυτῇ λαλεῖν ὡς ἑτέρᾳ. Suetonium autem Pamphili lexico usum esse docet Cohn l.l. pg. 344 seqq. Boethum quoque Pamphilum trivisse novimus. Hinc non absurdum erit credere haec ex eius libello in Scholia fluxisse, quamquam apud Suidam cett. desunt. De Hermippo cf. Meinek. Com. II. 383.

Schol. Hipp. Mai. 295 A ἆ περισπασθὲν δηλοῖ εἴθε· Καλλίμαχος·

ἆ πάντως ἵνα γῆρας.

καὶ τὸ ὦ τὸ κλητικόν. Ὅμηρος·

ἆ δειλοί, τί κακῶν.

σημαίνει δὲ καὶ τὸ πολὺ καὶ μέγα, παρ' Ἀρχιλόχῳ·

ἆ ἔαδ' εἴς τε ταύρους.

τό τε ἐν ἴσῳ τῷ ναί, καὶ εἴθε. καὶ ἔτι σχετλιαστικὸν ἀντὶ τοῦ φεῦ ἐπιρρήματος, ὡς ἐνταῦθα. βραχέως δὲ καὶ δασέως τὸ ἅτινα, ὡς παρ' Ἱπποκράτει. παρὰ δὲ Δημοκρίτῳ ἴδια. παρ' Ὁμήρῳ τὰ ἑαυτοῦ·

τὰ ἃ πρὸς δώμαθ' ἕκαστος.

καὶ ἀντὶ τοῦ ὧν τέτακται, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Μηδείᾳ·

πράξασ' ἃ μελλω, καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι.

καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ·

αἰτεῖς ἃ τεύξει.

εἰ δὲ ψιλωθείη περισπασθέν, τὸ νῦν σημαίνει, ὡς ἐν Εὔκλου

τοῦ χρησμολόγου ποιήμασι. βραχέως δὲ καὶ ψιλῶς σημαίνει ἀπόφασιν ἀρνητικήν.

Paullo ampliora haec sunt, quam quae Photius servavit e Boetho. Apud Hesychium similia leguntur. Callimachi fragmentum (323) etiam apud Hesych. corruptum est: ἃ πάντα συνάγειρας. Apud Hom. Odyss. υ, 351: Ἆ δειλοί, τί κακὸν τόδε πάσχετε; (cf. Odyss. ξ, 361. Il. Κ, 816. Ρ, 201). Archilochi fragm. conclamatum est. In Odyss. β, 258 editur: οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὰ πρὸς δώμαθ' ἕκαστος. Eurip. Med. 758. Soph. Oed. Col. 1106. De Euclo Cyprio vate cf. Pausan. Perieg. Hell. 10, 12, 11. 14, 6. Verba τό τε ἐν ἴσῳ τῷ ναί, καὶ εἴθε delenda esse videntur.

Schol. Hipp. Min. 368 C στλεγγὶς ἡ ξύστρα, καὶ στλεγγιζόμενοι οἱ ἀποξυόμενοι, [ὅ ἐστι κτενιζόμενοι. στλεγγὶς γὰρ τὸ κτένιον]. ὡς Ἀριστοφάνης Γήρᾳ·

εἰ παιδαρίοις ἀκολουθεῖν δεῖ, σφαῖραν καὶ στλεγγίδ' ἔχοντα.

καὶ Δαιταλεῦσιν·

οὐδ' ἔστιν αὐτοῖς στλεγγὶς οὐδὲ λήκυθος

καλεῖται δὲ στλεγγὶς καὶ χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τῇ κεφαλῇ τῶν γυναικῶν.

Eadem habet Photius, eadem quoque Schol. Aristoph. Eqq. 577, hic ex lexico comico Didymi, ille ex Boetho, ut videtur. cf. Naber. Prol. ad Phot. pg. 66 et adnot. ad Phot. in v. Schwartzius glossam inter Dionysii reliquias retulit. Uncinis inclusa Schol. addidit; alibi desunt. Loci laudati sunt fr. 189 et 14 Aristophanis in Dindorfii Poët. Sc. Gr. ed. 5ᵃ. Vide Schol. Charm. 161 E supra pg. 32.

Schol. Io. 538 C Πράμνειος οἶνος ἤτοι ὁ ἀπὸ τῆς

Πραμνείας ἀμπέλου, ἢ ὁ πραΰνων τὸ μένος. τινὲς δὲ, ἐπειδὴ ἐν Πράμνῃ πρῶτον ἐφυτεύθη ἄμπελος τῇ ἐν Ἰκάρῳ.

Excerpta esse e glossa Boethi recte statuit Naberus. cf. Proleg. ad Phot. pg. 15. Photius in v. Πράμνειος οἶνος· Ἀρίσταρχος ἐπιμελῶς τὸν ἡδὺν οἶνον Πράμνειον ἔλεγεν· τινὲς τὸν ὤνιον οἶνον ἢ παραμόνιον· τινὲς ἀπὸ ἀμπέλου Πραμνείας ὀνομαζομένης· οἱ δε ἰδίως τὸν μέλανα· ἔνιοι τὸν πραΰνοντα τὸ μένος· Σῆμος ὁ Δήλιος ἐν τρίτῳ ἔφη καὶ Πράμνον πέτραν εἶναι ἀφ' ἧς τὸν οἶνον εἶναι. Pro ὤνιον Naberus mavult μόνιον. Idem ex corrupta Codicis lectione ἐν τρίτῳ ἐν ᾗ καὶ ὁ πράγμων πέτραν dedit, quod est in textu; praestat fortasse pro ἐν ᾗ καὶ ὁ legere ἐν Ἰκάρῳ, cui favent Suid. et Schol.

Schol. Rep. I: 329 B ὑμνοῦσιν· ἀντὶ τοῦ ὀδύρονται, λοιδοροῦσι, μέμφονται, κατ' εὐφημισμόν.

Idem docemur Schol. Legg. IX: 871 A; Photius convenit, ubi hic locus e Rep. laudatur.

ibid. III: 405 C λυγιζόμενος· στρεφόμενος, καμπτόμενος, ἀπὸ τῶν λύγων· λύγος δέ ἐστι φυτὸν ἱμαντῶδες. τινὲς δὲ καὶ τὸ μετὰ τιμωρίας βασανίζειν λυγίζειν φασί· καὶ αἱ μάστιγες αἷς οἱ ἀθληταὶ τύπτονται λύγοι καλοῦνται.

Apud Photium in eadem glossa laudantur hic locus Platonis et Hom. Il. Χ, 105.

ibid. III: 411 A μινυρίζων· θρηνῶν, ἢ ἠρέμα ᾄδων. Phot. in v. μινυρίζω eandem glossam cum eodem loco Platonis exhibet.

ibid. IV: 423 C φαῦλον· τὸ ῥᾴδιον ὡς νῦν. εὕρηται δὲ σημαῖνον καὶ τὸ ἁπλοῦν καὶ μοχθηρὸν καὶ τυχὸν καὶ μέγα.

Boethi adnotationem, unde haec excerpta sunt, Pho-

tius servavit: *Φαῦλον· τὸ ἁπλοῦν· καὶ* Εὐριπίδης *ἐν τῷ* Λικυμνίῳ·

Φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθόν·

ἁπλοῦν καὶ ἀπόνηρον λέγων· ἔστι δ' ὅτε τίθεται καὶ ἐπὶ κακοῦ καὶ τοῦ τυχόντος· Πλάτων *ἐν τῷ περὶ ψυχῆς· Φαῦλον πρᾶγμα, ἔφη,* Κέβης *ζητεῖς· τεθείη δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ τυχόντος οἷον Φαῦλον πρᾶγμα ἔσται τὸ τυχὸν πρᾶγμα· καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς τεθείη ἂν πρὸς [τῷ] οὐ τὸ τυχόν·* Πλάτων· *πρᾶγμα δ' ἔσται ὡς ἔοικεν οὐ Φαῦλον οὐδὲ μικρᾶς δεόμενον ἀρετῆς· τάττοιτο δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μοχθηροῦ ὅταν ἀντιδιαστέλληται πρὸς τὸ σπουδαῖον, ὡς* Πλάτων· *δοῦλοι γὰρ καὶ δεσπόται οὐδέποτ' ἂν γένοιντο Φίλοι οὐδ' ἐν ἴσαις τιμαῖς διαγενόμενοι Φαῦλοι καὶ σπουδαῖοι· τεθείη δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου·* Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσιν·

Εἰ *μικρὸς ὢν τὰ Φαῦλα νικήσας ἔχω·*

καὶ ἐπὶ τοῦ ῥᾳδίου· Πολιτείας *δ'· καὶ Φαῦλόν γε, ἔφη, ἴσως αὐτοῖς προστάξομεν· καὶ τούτου δ' ἐγὼ ἔτι Φαυλότερον· τάττεται καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ καὶ εὐκαταΦρονήτου, ὡς* Δημοσθένης· *καὶ ἐπὶ τοῦ ταπεινοῦ ὡς* Ἰσαῖος *ἐν τῷ περὶ τῶν ἀποΦάσεων· καὶ ἐπὶ πένητος· καὶ ἐπὶ τοῦ ἀδόξου· καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνοήτου.* cf. Naber. ad hanc gl., Cobet. Mnem. IX pg. 432. Loci laudati sunt Eurip. fr. 476, Sophocl. fr. 39 ibiq. Dindorf. Plat. Phaed. 95 E, Legg. XI: 918 C, VI: 756 E, Rep. IV: 423 C.

ibid. V: 475 E *παίδων αἰνίγματι·* Κλεάρχου *γρίΦος·*

αἶνός τίς ἐστιν ὡς ἀνήρ τε κοὐκ ἀνήρ
ὄρνιθα κοὐκ ὄρνιθ' ἰδών τε κοὐκ ἰδών,
ἐπὶ ξύλου τε κοὐ ξύλου καθημένην
λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βάλοι τε κοὐ βάλοι.

Ἄλλως·

ἄνθρωπος οὐκ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος δ' ὅμως,
ὄρνιθα κοὐκ ὄρνιθα, ὄρνιθα δ' ὅμως,
ἐπὶ ξύλου τε κοὐ ξύλου καθημένην
λίθῳ βαλών τε κοὐ λίθῳ διώλεσεν.
νυκτερίδα ὁ εὐνοῦχος νάρθηκος κισήρει.

Boethum de hoc aenigmate monuisse docebit Phot. in v. νυκτερίδος αἶνος· αἰνιγματωδῶς δηλοῖ (sc. ὁ Πλάτων) περὶ νυκτερίδος, ὅπερ ἔκκειται ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα. cf. Suid. in v. αἶνος.

Schol. Criti. 116 C φιτῦσαι ἐπὶ τοῦ πατρός, ἐπὶ δὲ μητρὸς γεννῆσαι. καὶ φιτύων ὁ γεννῶν, καὶ τὸ γέννημα φῖτυ, ὡς Εὔπολις Αὐτολύκῳ· ἀτὰρ ἤγαγες καινὸν (τὸ) φῖτυ τῶν βοῶν.

Phot. φιτῦσαι· ἐπὶ τοῦ πατρὸς τίθησιν (sc. ὁ Πλάτων) κτἑ Paullo brevius Schol. Aristoph. Pac. 1164. Τό, quod etiam apud Phot. deerat, inseruit Porson. De hoc verbo Cobetus Mnemos. IX pg. 82: Iones et Attici veteres dicebant φῖτυ, φιτύω, φίτυμα prima longa pro φυτεύω et φύτευμα prima correpta, et sedulo Graeculi iugulato metro vetus φιτύω, φιτύσας et sim. apud Tragicos in φυτεύω, et φυτεύσας corrumpunt." Meinek. Com. II. 442.

Schol. Min. 315 C ἐγχυτριστρίας· τὰς χοὰς τοῖς τετελευτηκόσιν ἐπιφερούσας, ὡς ἐπὶ τοῦδε. ἔλεγον δὲ καὶ τὸ βλάψαι καταχυτρίσαι, ὡς Ἀριστοφάνης. λέγονται δὲ κα ὅσαι τοὺς ἐναγεῖς καθαίρουσιν, αἷμα ἐπιχέουσαι τοῦ ἱερείου. ἔτι δὲ καὶ αἱ θρηνήτριαι, καὶ δὴ καὶ αἱ μαῖαι αἱ ἐκτιθεῖσαι ἐν χύτραις τὰ βρέφη.

Eadem ex Photio servavit Suidas; eadem Schol. Aristoph. Vesp. 289, qui tamen ὡς ἑτέρωθι Ἀριστοφάνης.

Recte; nam h. l. apud Aristophanem legitur verbum *ἐγχυτρίζειν*.

Schol. Legg. VII: 800 E *Καρικῇ Μούσῃ· τῇ θρηνώδει· δοκοῦσι γὰρ οἱ Κᾶρες θρηνῳδοί τινες εἶναι καὶ ἀλλοτρίους νεκροὺς ἐπὶ μισθῷ θρηνεῖν. τινὲς δὲ ἐξήκουσαν τῇ βαρβάρῳ καὶ ἀσαφεῖ, ἐπειδὴ οἱ Κᾶρες βαρβαρόφωνοι.*

Photius idem v. *Καρικῇ Μούσῃ*. Fidenter refero ad Boethum.

ibid. 820 C *πεττεία ἐστὶ παιδιά τις διὰ πεσσῶν γινομένη. πεσσοὶ δέ εἰσι κύβοι, παρὰ τὸ πίπτειν αὐτοὺς οὕτω λεγόμενοι. πεσσὸς δὲ ἥ τε γραμμὴ καὶ ἡ ψῆφος, ὁμωνύμως· Ἀρίσταρχος δὲ πεσσοὺς καλεῖ τὰς ψήφους, ἐν αἷς ἔπαιζον. ἦσαν δὲ αὗται πέντε. φαίνονται δὲ καὶ αὐτὸ τὸ σκεῦος οὕτω λέγοντες, ἐφ' οὗ ἔπαιζον. ἔχει δὲ πέντε γραμμάς, ὧν ἡ μέση γραμμὴ ἱερὰ ἐκαλεῖτο. καὶ τὴν ἐπ' αὐτῆς ψῆφον ἐσχάτην ἐκίνουν, καὶ αὐτὴν ἱερὰν καλοῦντες. ὅθεν ἐκ τοῦδε καὶ παροιμία, κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς, ἐπὶ τῶν ἐσχάτην βοήθειαν κινούντων λεγομένη.*

Adnotationem ipsam nusquam in lexicis reperimus; disiecta membra ubique. cf. Hesych. v. *πεττεία, πεσσοῖσι, πεσσός*, Suid. v. *πεσσούς*. Ultima pars in singulis convenit cum Eustath. 633,56 et Poll. IX. 97, 98. Eustathius sua e Suetonii libello *περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν* petiit, qui Pamphilum expilabat. Hinc nostram adnotationem ausim referre ad ea, quae ex Pamphilo fluxisse videntur; atque Aristarchi mentio huc bene quadrat. Utrum tamen per Boethum in Scholia pervenerit adnotatio, discerni non potest. De proverbio *κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς* cf. Schol. Legg. V: 739 A, Phot. v. *τὸν ἀφ' ἱερᾶς*, Hesych. v. *ἀφ' ἱερᾶς*.

ibid. IX: 853 D *κερασβόλους·* ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν τοῖς πυροῖς καὶ ὀσπρίοις συμφυομένων σκληρῶν κόκκων τοὺς ἀπαιδεύτους καὶ ἀπειθεῖς τοῖς νόμοις καὶ σκληροὺς ταῖς γνώμαις φησίν. οὗτοι οὖν οἱ κόκκοι σκληροί τ' εἰσὶ καὶ μέλανες, στρογγύλοι, ἰσομεγέθεις κέγχροις, οἳ συνεψόμενοι τοῖς ὀσπρίοις οὐ τήκονται. εἴρηνται δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ τὴν κατασπορὰν καὶ τὸ ἄροτρον τοῖς κέρασι τῶν βοῶν βεβλῆσθαι καὶ ἀντιτύπτειν, καὶ διὰ τοῦτο κερατβόλα κληθῆναι.

Plane similia vel in mendo Photius, sed verborum ordine paullum immutato. Mendum iam sanavit Kusterus scribens: ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν σπορὰν καὶ τὸν ἄροτον. Non abs re erit hic exscribere, quae leguntur apud Didymum Milleri pg. 404: *κερασβόλον·* τὸ κερασβόλον ἐστὶ μὲν τῶν ἅπαξ εἰρημένων τῷ Πλάτωνι, ἐστὶ δὲ ἐπὶ τῶν σπερμάτων ταττόμενον, τῶν οὔτε ἐκφερόντων καρπὸν οὔθ' ὕδατι καὶ πυρὶ τηκομένων. Ταῦτα δὲ εἶναί φασι τὰ ὑπὸ τῶν σπορέων κατὰ τῶν κεράτων βληθέντων τῶν βοῶν, ἀφ' ὧν καὶ τοὔνομα ἔσχε· παραδέδοται γὰρ τοιοῦτός τις περὶ αὐτῶν λόγος, ὡς ἀτεράμνων ὄντων τῶν οὕτως εἰς τὴν γῆν καταπεσόντων σπερμάτων. Τοὺς οὖν ὑπὸ ἀπαιδευσίας ἀπειθεῖς τοῖς νόμοις κερασβόλους προσηγόρευε· διὸ καί φησιν — sequitur Platonis locus, sed misere corruptus.

ibid. XII: 962 C *τοπάζειν·* στοχάζεσθαι, ἐνθυμεῖσθαι, ὑπονοεῖν, καὶ ὑποτοπεῖν δέ.

De hac glossa vide supra pg. 23.

Haec sunt, quae si non omnia, pleraque tamen e Boethi libellis fluxisse mihi videntur. Nam in nonnullis res admodum dubia est, ut supra pg. 68 significavi. Neque nunc haberem, quod huic capiti adderem, nisi his ipsis diebus ad notitiam meam pervenisset commen-

tatio Leopoldi Cohn, Untersuchungen über die Quellen der Plato-Scholien, Leipzig, 1884, cuius sententiam de glossis hoc capite a me tractatis subiciam. E Boetho desumtas esse contendit gl. ἄδην, λυγιζόμενος, μινυρίζω, τευτάζειν, τοπάζειν, ὑμνεῖν, φαῦλον, Φιτῦσαι, ἄτοπον, ἐγχυτρίστριαι, βλᾶκα, fortasse ἆ et πεττεία, contra e lexico quodam rhetorico fluxisse ὁμοῦ, ἄττα, τέως, ἔμβραχυ. Atque ut verum fatear, ipse quoque de his quatuor glossis aliquamdiu dubitavi, sed tandem Cobetum et Naberum Boetho tribuentes secutus sum, neque nunc poenitet. Glossas ὦ τᾶν, χαραδριός, στλεγγίς, παιδικά putat Cohn λέξεις κωμικὰς esse, quae non e Boetho in nostros fontes transierint; illud non negaverim, hoc autem nobis non persuasit. (Vide supra pg. 66, 67). De ceteris sic statuit: gl. Πράμνειος οἶνος, Καρικῇ Μούσῃ et κερασβόλους antiqua Scholia esse, in Photium cet. illata, quod minime probo; gl. σκόλιον Pausaniam, gl. ἀκκίζεσθαι Tarrhaeum auctorem esse, gl. οἶ (Schol. Phileb. 60 D) non esse Boethi, cui tamen gl. οἶ apud Phot. tribuit; hic quoque dubitare possis. Verum facile concedimus Cohnio, qui et ipse sententiam suam mutavit (vide de Aristoph. Byz. et Suet. Tranq. Eust. auctor. pg. 360, 361), Schol. Theaet. 146 A ἐν τῇ διὰ σφαίρας παιδιᾷ et Schol. Lysid. 206 E ἀστραγαλίζειν e Suetonii libro περὶ παιδιῶν in Scholia pervenisse, praeterea gl. ἐπὶ κόρρης et κερασβόλον apud Didymum Milleri (supra pg. 56, 91) Platonicas esse Boethi. — Etiam de ceteris glossis Scholiorum Cohnii sententia digna est, quae cognoscatur; itaque in fine capitis sequentis, qui erit huius commentationis ultimus, quid ei videatur, dicam.

Qui autem his studiis operam dant, eos moneo ut ipsi libellum, docte atque eleganter scriptum, perlegant. Est operae pretium.

In ultimum hoc caput omnes glossas retuli, quae quacunque de causa in superioribus capitibus locum non habebant. De plerisque alii aliter iudicant; mihi saepius, quid credere praestet, non constat, quod in tanta sententiarum diversitate nemini mirum erit. Illustravi glossas, quantum potui, sed saepe coactus sum contentus esse Photio laudato; hic iterum moneo, omnes glossas, quas Photius (Suid. cet.) et Schol. similes habeant, Naberum Boetho tribuere. Quae autem glossae praeter eas, de quibus supra iam dixi, in Scholiis leguntur, hae sunt:

Schol. Euthyphr. 4 A *ἤ που· ἴσως, σχεδόν.*

Idem legitur in Schol. ad Politic. 285 D, idem apud Photium.

ibid. 4 C *πελάτης· ὁ ἀντὶ τροφῶν [καὶ] ὑπηρετῶν καὶ προσπελάζων ἀπὸ τοῦ πέλας ἤτοι ἐγγὺς ἐκαλεῖτο· ὁ δι' ἔνδειαν προσιών, μίσθιος δὲ ὑπηρετῶν.*

Ἄλλως· πελάται εἰσὶν οἱ παρὰ τοῖς πλησίον ἐργαζόμενοι, καὶ θῆτες· οἱ αὐτοὶ δὲ καὶ ἐκτήμοροι, ἐπεὶ τῷ ἕκτῳ μέρει τῶν καρπῶν εἰργάζοντο τὴν γῆν.

De priore glossa dubitare possis unde sit. Verba *ὁ ἀντὶ — προσπελάζων* sunt e Timaei lexico; quae secuntur conveniunt cum gl. apud Photium: *πελάται· οἱ μισθῷ δουλεύοντες, ἐπεὶ τὸ πέλας ἐγγύς· οἷον ἔγγιστα διὰ πενίαν προσιόντες. Ἀριστοτέλης*, neque multum discrepat Hesych. *πελάται· οἱ διὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν μισθῷ δουλεύοντες, † τρεῖς μίσθαρνοι. ἀπὸ τοῦ πέλας.*

Alteram glossam, quam servavit etiam Photius, Boetho tribuit Naberus. Cf. Proleg. pg. 56 de verbis ἕκτῳ μέρει. Phot. ἐπειδὴ ἕκτω, quod correxit Naberus ἐπεὶ ἐπὶ ἕκτῳ, atque ita Schol. corrigendum.

Schol. Apol. Socr. 19 E προῖκα· [κατὰ] δωρεάν, ἄνευ μισθοῦ.

Convenit Suid. omisso κατά. cf. Schol. Legg. XI: 921 A, quod ex Hesychio desumtum duco.

Schol. Phaed. 64 B γελασείοντα· γελαστικῶς ἔχοντα, γελάσαι θέλοντα.

Eiusdem generis glossam legimus Schol. Gorg. 494 C κνησιῶντα· ἐπιθυμητικῶς ἔχοντα τοῦ κνᾶσθαι, [ὅ ἐστι κνήθεσθαι. Additum ex Hesychio.] Utraque superest, haec apud Photium, illa apud Suidam. Ex Boetho fluxisse persuadere possit gl. apud Didymum Milleri: ἄρνυσθαι· λαμβάνειν ἢ ἀντικαταλλάττεσθαι. ἐστὶ δέ τινα καὶ παρὰ τὴν συνήθειαν λέξει διακειμένα, παρηλλαγμένως παρὰ Πλάτωνι, οἷον τὸ γελασείειν καὶ τὸ κνηστείειν, ἀντὶ τοῦ γελαστικῶς ἔχειν καὶ κνηστικῶς. ἐν γὰρ τῷ περὶ ψυχῆς... sequitur uterque locus ex Phaedone et ex Gorgia, sed misere corruptus; ceterum Aelius Dionysius talia ita explicabat. cf. Phot. in v. πολεμησείειν. Goslings, observ. ad Schol. in Thuc. pg. 43. Κνηστείειν est forma improbanda.

ibid. 99 B. καρδόπῳ· τῇ μάκτρᾳ τοῦ ἀλεύρου.

Idem Phot. in v. κάρδοπος cf. Hesych., Arist. Nub. 669 sqq. ibiq. Schol., Ran. 1159: χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον.

ibid. 111 E αἰώραν· ὕψωσιν, ἔπαρσιν.

Suid. αἰώρα· ἀγχόνη, ὕψωσις, ἔπαρσις. Vocabulo primus usus est Plato.

Schol. Cratyl. 407 D *ἄρρατον· ἀσφαλὲς ἢ ἀκάματον, οἱ δὲ ἰσχυρόν, ἔνιοι μικρόν, οἱ δὲ μέγα, οἱ δὲ τὸ σκληρὸν καὶ ἀμετάστροφον.*

Coni. Schol. Rep. VII: 536 B *ἄρρατον· ἰσχυρόν, στερεόν, ἢ δυσκίνητον.*

Collatis lexicis Timaei, Etym. M., Bekk. et Didymi apud Miller. e Boetho esse possis suspicari, quae leguntur in sexto lex. Bekk. 442, 20: *ἄρρατον· ἰσχυρὸν ἢ δυσκίνητον. ἢ σκληρὸν καὶ ἀμετάστροφον.* Duo ultima verba ipsius Platonis interpretatio sunt, quae si in solis Scholiis legerentur, non dubitarem dicere Scholiastam adscripsisse; nunc autem, quia in Bekk. lex., e Platone grammaticus sumpsit. Neque *ἰσχυρόν* in gl. ex Timaei lexico esse docebit huius integra glossa, quae est in eodem lex. Bekk. 446,15.

ibid. 428 D *θαμά· πυκνῶς, συχνῶς.*

Adde Schol. Rep. I: 328 C *θαμίζεις· συχνάζεις.*

Paullo plenius Phot. *θαμά· συνεχῶς, πυκνῶς, διηνεκῶς* et *θαμίζεις· πυκνάζεις, συχνάζεις.* Schmidtius refert ad Diogenianum (sive Hesych.), Naberus rectius fortasse ad glossas Platonicas, i. e. ad Boethum. Et habet Didymus Milleri *θαμά· πυκνῶς καὶ θαμίζειν τὸ πυκνάζειν.*

Schol. Theaet. 166 D *πολλοῦ δέω· πόρρω λίαν εἰμί, οὐ βούλομαι λέγειν, σιωπῶ.*

Idem Phot. Brevius Schol. Phaedr. 228 (in Cod. M.S. Venet.) et Apol. Socrat. 30 D.

ibid. 176 C *βάναυσοι· οἱ ἑδραῖοι τεχνῖται καὶ παρὰ βαύνῳ, ὅ ἐστι καμίνῳ, τι ἔργον διατιθέμενοι. οἱ δὲ βάναυσον τὸν ἀπάνθρωπον καὶ ὑπερήφανον. ἔνιοι δὲ βαναύσου χειρὸς τῆς ὑβριστικῆς ἢ τεχνικῆς. δηλοῖ δὲ τοὺς χειροτέχνας καὶ δημιουργούς.*

Primo haec retuleram ad lexica rhetorica Atticistarum, sed postea sententiam mutavi et malim nunc cogitare de Diogeniano. Quae in lex. rhetor. Bekk. 222, 20 leguntur *βάναυσοι· κυρίως οἱ διὰ πυρὸς ἐργαζόμενοι χρυσοχόοι, χαλκεῖς καὶ οἱ τοιοῦτοι, ἀπὸ τοῦ τοὺς βαύνους ἐνχύειν. βαῦνοι δὲ λέγονται αἱ κάμινοι. καὶ κλίβανοι, ἔνθα καὶ οἱ τῶν κριθῶν βαῦνοι. καταβέβηκε δὲ ἡ λέξις εἰς πάντα χειροτέχνην. ἔνιοι. δὲ χειρὸς τῆς ὑβριστικῆς*, conferantur cum Hesych. vv. *βαναυσία* et *βαῦνος*. Cf. Schol. Rep. VI: 495 E.

Schol. Sophist. 259 D *ἀμηγέπη· ὁπωσδήποτε, καθ' ὁτιοῦν. λέγεται δὲ καὶ ἀμασγέπως, καὶ ἀμόθεν (γέ ποθεν), καὶ ἀμουγέπου, καὶ ἀμοιγέποι, [καὶ ἀμόσεποι].*

Coni. Schol. Phaedr. 228 C. *ἀμωσγέπως· ὁπωσδήποτε, ἐν γέ τινι, καθ' ὀντιναοῦν τρόπον.*

Utraque gl. apud Suidam et in sexto lex. Bekk. 387, 16, 389,28. In priore verba *καὶ ἀμόσεποι* delenda sunt; in posteriore restitue ex Suida *ἐνί γέ τινι τρόπῳ.* cf. Ruhnk. ad Timaei lex. pg. 26, 29, Pierson. ad Moer., Elmsley ad Arist. Acharn. 608, Bremi ad Lysiam de invalid. 20. Schmidtius secundam gl. (Phaedr. 228 C.) ex Diogeniano a Scholiasta petitam putat.

Schol. Politic. 298 D *κύρβεσι· τρίγωνοι πίνακες οἱ κύρβεις, ἐν οἷς οἱ περὶ τῶν ἱερῶν νόμοι ἐγγεγραμμένοι ἦσαν καὶ πολιτικοί· ἄξονες δὲ τετράγωνοι, ἐν οἷς οἱ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν· τινὲς δὲ ἀδιάφορα ταῦτα φασίν.*

Exceptis verbis *τινὲς — φασίν* Photius eadem; similia Diogenianus. cf. Lex. rhet. Bekk. 274,24 cum Hes.

ibid. 310 E *εὐήτριον· ἱμάτιον εὐϋφές. ἤτριον δὲ ἔνδυμα ὑμενῶδες.*

Coni. Schol. Phaedr. 268 A ἤτριον τὸ εὐϋφὲς ἱμάτιον καὶ ἀραῖον.

Idem habet Phot., ubi vide Naber. Schmidtius haec, minus recte ut videtur, ex Diogeniano fluxisse statuit. Apud. Hes. est ἤτριον· ὕφος λεπτόν.

Schol. Parmen. 126 E Μελίτη· δῆμος Κεκροπίδος. Phot. idem.

ibid. 127 A ἡ τῶν Παναθηναίων ἑορτὴ καὶ ὁ ἀγὼν ἐτέθη μὲν πρῶτον ὑπὸ Ἐριχθονίου τοῦ Ἡφαίστου καὶ τῆς Ἀθήνης, ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ. ἄγεται δὲ ὁ ἀγὼν διὰ πέντε ἐτῶν. καὶ ἀγωνίζεται παῖς Ἴσθμια οὐ πρεσβύτερος καὶ ἀγένειος καὶ ἀνήρ· τῷ δὲ νικῶντι διδόασιν ἔλαιον ἐν ἀμφορεῦσι καὶ στεφανοῦσιν αὐτὸν ἐλαίᾳ πλεκτῇ.

Eadem glossa legitur apud Photium, Suidam et in Excerptis ex Eudemi codice Parisino (vide Boysen, de Harpocrat. lex. font. pg. 102). Graves corruptelae apud Photium partim e Suida emendari possunt. Sub Ἴσθμια (Schol. Suid. Eud.) vel Ἰσθμικοῦ (Phot.) latere annorum numerum patet: quid autem reponendum sit, non liquet. De Erichtonio Vulcani et Minervae filio cf. Naber. Proleg. pg. 60.

Schol. Phileb. 30 D γενούστης ὁ οἷον γεννήτης, ἢ συγγενής, ἢ ἔγγονος, ὧν τὸ τελευταῖον ἐκδέχεσθαι ἄμεινον [ἢ ὁ οἷον γεννητικός].

Uncinis inclusa ex Hesychio sunt; cetera ex Boetho esse putat Mettauerus; eadem habet Suidas. Formam γενούστης alii defendunt, alii ex γένους τοῦ (nempe apud Platonem legitur: Τῇ δέ γ' ἐμῇ ζητήσει πεπορικὼς ἀπόκρισιν, ὅτι νοῦς ἐστὶ γένους τοῦ πάντων αἰτίου λεχθέν-

τος τῶν τεττάρων, ὧν ἦν ἡμῖν ἓν τοῦτο. κτέ.) ortam esse rectissime credunt.

ibid. 56 B *προσαγώγιον τεκτονικόν ἐστι ὄργανον, ὃ προσάγοντες εὐθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα.*

Photius: *προσαγώγιον· τὸ τῶν τεκτόνων ὄργανον, ὃ προσάγοντες εὐθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα.* Hesychius: *προσαγώγιον· διαβήτης, τὸ τῶν τεκτόνων ὄργανον.* Naberus gl. Boetho tribuit, Schmidtius Diogeniano. cf. Proleg. ad Phot. pg. 61, Quaest. Hes. pg. xcII.

Schol. Sympos. 184 A *βασανίζειν· δοκιμάζειν, διακρίνειν. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῆς Λυδῆς λίθου, δι' ἧς ὁ χρυσὸς βασανίζεται, τουτέστι δοκιμάζεται.*

Cf. Schol. Gorg. 486 D *ἰστέον ὅτι τὴν λίθον, δι' ἧς δοκιμάζουσι τὸν χρυσόν, οἱ μὲν ἰδίως βάσανον, οἱ δὲ Λυδίαν καλοῦσιν.*

Similia in antiquis lexicis traduntur. cf. Hesych. v. *βασανίτης λίθος* = lex. rhet. Bekk. 225, 19. Harpocrat. v. *βάσανος λίθος*. Phot. et Hesych. v. *Λυδία λίθος*.

ibid. 215 A *Σιληνοὶ Διονύσου χορευταί, παρὰ τὸ σιλλαίνειν, ὅ ἐστι σκώπτειν, λεγόμενοι, παρὰ τοὺς πότους.*

Vide Eustath. 204, 25, Naber. ad Phot. v. *σιλλαίνει.*

ibid. 221 C *προτροπάδην· προθύμως, ἀμεταστρεπτί, μετὰ προτροπῆς, ἢ εἰς τοὔμπροσθεν.*

Ad Homericas glossas Diogeniani refert Mettauer pg. 77. Iniuria ut videtur. Hesych. nil nisi *προτροπάδην· εἰς τοὔμπροσθεν τετραμμένοι*, ubi Schmidt praeter Hom. Il. Π, 303 etiam laudat Xen. Memor. 1, 3 § 13. Idem atque Schol. habet Suidas exceptis verbis *μετὰ προτροπῆς.*

Schol. Phaedr. 229 D Ἀρείου πάγου· δικαστήριον Ἀθήνησιν ἐν ἀκροπόλει οὕτω καλούμενον, πάγος μὲν ὅτι ἐν τόπῳ ὑψηλῷ τοῦτο, Ἄρειος δὲ παρ' ὅσον οἱ φόνοι ἐκεῖσε ἐκρίνοντο, ὁ δὲ Ἄρης τούτων ἔφορος ἦν. ἢ ὅτι τὸ δόρυ ἔπηξεν ἐκεῖσε, ὁπότε δίκην ἔλαχε πρὸς Ποσειδῶνα, τὸν τούτου υἱὸν Ἁλιρρόθιον ἀνελών, ὃς Ἀλκίππην ἐβιάσατο τὴν Ἄρεος αὐτοῦ καὶ Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος θυγατέρα.

Similia Suidas, apud quem additur ὥς φησιν Ἑλλάνικος ἐν α'.

ibid. 230 B ἄγνος φυτόν τι θαμνῶδες, ἥ ἐστιν ἡ λύγος.

Hesych. ἄγνος· φυτὸν οὕτω καλούμενον et λύγος· ῥάβδος ἁπαλή. ἄγνος. ἡ δενδρύφιον θαμνῶδες, ἱμαντῶδες φυτόν, atque hinc Scholion fluxerit. Contra Aelius Dionysius apud Suidam (cf. Eustath. 1638, 10): ἄγνος· ἄγνον, οὐχὶ λύγον καλοῦσι· καὶ ἀρρενικῶς. Vide Ruhnk. ad Timaei lex. in v. Heindorf ad hunc Platonis locum adnotat: "Ἄγνος, vitex, saepe iuncta et permutata cum eiusdem generis arbuscula λύγος, Atticis usurpata ἀρσενικῶς".

ibid. 257 C λογογράφον· λογογράφους γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐπὶ μισθῷ λόγους γράφοντας καὶ πιπράσκοντας αὐτοὺς εἰς δικαστήρια, ῥήτορας δὲ τοὺς δι' ἑαυτῶν λέγοντας.

Laudat Heindorf ad hunc locum Platonis Demosthenem de falsa leg. p. 417 λογογράφους τοίνυν καὶ σοφιστὰς ἀποκαλῶν τοὺς ἄλλους καὶ ὑβρίζειν πειρώμενος.

Schol. Alcibiad. I: 118 E τὼ Περικλέους υἱέε· Ξάνθιππος καὶ Πάραλος οἱ Περικλέους υἱοί, οὓς καὶ βλιττομάμμας ἐκάλουν. βλίτται γὰρ καὶ βλίττωνες οἱ εὐήθεις, μάμ-

ματα δὲ τὰ βρώματα, καὶ τὸ ἐσθίειν Ἀργεῖοι μαμμᾶν ἔλεγον· ἐκ τούτων οὖν σύνθετον ὁ βλιττομάμμας, ὁ ἐσθίων εὐήθως, ὡς καὶ συκομάμμας ὁ συκοφάγος.

Scholiastam hic vocis μαμμᾶν explicationem a Boetho, Boethum a Dionysio accepisse putat Naberus Proleg. pg. 63, adnot. ad Phot. v. μαμμᾶν. Si recte omnia perpendas, nolis credere. Quae enim Photius habet: μαμμᾶν· Ἀργεῖοι τὸ ἐσθίειν. οὕτω Καλλίας, non a Boetho accepit; cur enim hic vocem explicaret apud Platonem nusquam occurrentem. Quodsi opponas totum Scholion Boethi esse, ego quidem hoc nego, quia neque eius morem refert, neque apud Photium (Suid. al.) legitur. Sed res aperta est. Postquam vel ipse adscripsit Scholiasta vel adscriptum invenit Periclis filios dictos esse βλιττομάμμας, hoc vocabulum ex Diogeniano suo interpretatus est, in cuius lexico hodieque legimus: βλίτας· καὶ βλίτωνας· τοὺς εὐήθεις.
μάμματα· βρώματα.
μαμμᾶν· ἐπὶ τῆς παιδικῆς φωνῆς. ἐσθίειν.

ibid. 121 C γενέθλιά ἐστιν ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἐπιφοιτῶσα τοῦ τεχθέντος ἑορτή, γενέσια δὲ ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἐπιφοιτῶσα τοῦ τεθνεῶτος μνήμη.

Idem Suid., Bachm. lex., Etymol. M. Apud Etymol. M. praecedit glossa γενέθλη· ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἐπιφοιτῶσα τοῦ τεχθέντος ἡμέρα. Unde glossa fluxerit, non liquet; aliis verbis utitur Diogenianus (cf. Lex. rhetor. Bekk. 231, 17 et 19 cum Hes.), quem Atticistae adhibebant.

ibid. 123 C πλέθρον δέ ἐστι μέρος ἕκτον σταδίου· τοῦτο δὲ πήχεις ἔχει τετρακοσίους, ὧν τὸ ἕκτον πήχεις ἑξήκοντα ἓξ δίμοιρον, ὅ ἐστι τὸ πλέθρον.

Convenit Photius, ubi vide Naber. Cf. Schol. Criti. 115 D.

Schol. Lysid. 203 A Ἀκαδημίας· Ἀθήνησι προάστειον γυμνάσιον ἀλσῶδες, ἀπό τινος Ἀκαδήμου ἥρωος ὀνομασθέν. Idem Suidas. cf. Hesych. in v., Bekk. lex. rhet. 212, 18.

Schol. Protagor. 338 A ῥαβδοῦχοι· ἄνδρες τῆς τῶν θεάτρων εὐκοσμίας ἐπιμελούμενοι.

„Similia habet Schol. Arist. Pac. 733, qui tamen addit: ἢ ῥαβδούχους εἶπε τοὺς κριτὰς τοῦ ἀγῶνος, οὓς ὁ ποιητὴς αἰσυμνήτας εἶπεν. Ac profecto de ludorum praesidibus hic cogitandum, quos constat a scipione, quem gestabant, ita appellatos esse. Nam ubi apparitores intellexeris, parum apte epistates et prytanis commemorari videantur necesse est." Stallbaumm. ad hunc Platonis locum. Cf. Suidas i. v.

Schol. Protagor. 340 E εἰς καιρόν· εὐκαίρως.

Bachm. lex. idem. Suidas: ἐγκαίρως.

Schol. Gorg. 469 A εὐφήμει· σιώπα, μὴ ἀκαιρολόγει. Conveniunt Suid. et Bachm. lex.

ibid. 484 D συμβόλαια παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς αἱ ἀσφάλειαι καὶ συγγραφαὶ καὶ συνθῆκαι πόλεων, καθ' ἃς τὸ δίκαιον ἀλλήλαις ἔνεμον.

Hesychius: συμβόλαιον· συνάλλαγμα, συγγραφή, ἀσφάλεια, γραμματεῖον. Photius: συμβόλαια· τὰ συναλλάγματα· οὕτως Μένανδρος (fragm. 391).

ibid. 486 E ἕρμαιον· ἀπροσδόκητον κέρδος ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς τιθεμένων ἀπαρχῶν, ἃς οἱ ὁδοιπόροι κατεσθίουσιν.

Alienis immixtis eadem leguntur Schol. Phaed. 107 C, Sympos. 217 A. Photius idem habet.

ibid. 489 C *συρφετός· ἀγυρτώδης ὄχλος, ὡς νῦν, ἢ λόγος, ἢ ἐξ ἀνέμου συλλεγομένη κόπρος· καὶ φρυγανώδης.*

Duplex est in Scholiis glossa *συρφετός*, quarum hanc, quam etiam Phot. servavit, possis referre ad Boethum, alteram Schol. Theaet. 152 C ex Hesychio desumtam esse putamus.

Schol. Io. 530 A *ῥαψῳδούς φασι τοὺς τὰ Ὁμήρου ἔπη ἐν τοῖς θεάτροις ἀπαγγέλλοντας. ἐκλήθησαν δὲ οὕτως, ἐπεὶ ῥάβδους κατέχοντες δαφνίνας ἀπήγγελλον. ῥαψῳδῆσαι λέγεται καὶ τὸ φλυαρῆσαι, ἢ τὸ ἁπλῶς λαλεῖν καὶ ἀπαγγεῖλαι χωρὶς ἔργου τινός.*

Photius et lex. rhet. Bekk. 300, 3 conveniunt. cf. Hes. Schmidtius Q. Hes. pg. XCII glossam Diogeniano tribuit.

Schol. Clitoph. 406 A *διατριβάς· τὰς φιλοσόφους διαλέξεις σημαίνει, καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ εἰσί, καὶ τὴν περί τι χρόνιον διάθεσιν.*

Similia Suidas tradit v. *διατριβή.*

Schol. Rep. I: 340 D *συκοφάντης λέγεται ὁ ψευδῶς τί τινος κατηγορῶν· κεκλῆσθαι δ' οὕτω παρ' Ἀθηναίοις πρῶτον εὑρεθέντος τοῦ φυτοῦ τῆς συκῆς, καὶ διὰ τοῦτο κωλυόντων ἐξάγειν τὰ σῦκα. τῶν δὲ φαινόντων τοὺς ἐξάγοντας συκοφαντῶν κληθέντων, συνέβη καὶ τοὺς ὁπωσοῦν κατηγοροῦντάς τινων φιλαπεχθημόνως οὕτω προσαγορευθῆναι.*

Photius convenit s. v. *συκοφαντεῖν*. Paullum differt lex. rhet. Bekk. 304, 30.

ibid. III: 387 C *ἐνέρους τοὺς νεκρούς, ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ ἔρᾳ, ὅ ἐστι γῇ, κεῖσθαι.*

Interpretamentum *ὅ ἐστι γῇ*, ex Hes. intrusum, deest apud Suid., qui idem habet v. *ἐνέροις.*

ibid. 391 A. *ἀγχίσποροι· ἐγγὺς γένους.* Phot. et sext. lex. Bekk. 332,25 idem.

ibid. 403 C. *ἀκροσφαλεῖς· ἄκρως σφαλλομένους.* Suid. *ἄκρως ἐσφαλμένους.* Bekk. sext. lex. 367,17 *ἀκροσφαλισμένους.* cf. *ἀκρόχολοι· ἄκρως χολούμενοι* infra 411 C.

ibid. IV: 420 E *ξυστίς ἐστι λεπτὸν ὕφασμα, περιβόλαιον, ἢ χιτὼν ποδήρης γυναικεῖος. οἱ δὲ τραγικὸν ἔνδυμα ἐσκευοποιημένον καὶ ἔχον ἐπιπόρπημα [ὅ ἐστιν ἐπὶ τῇ πόρπῃ προσκόσμημα ἢ λίθινον ἢ χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν· πόρπη δέ ἐστιν ἡ ἄνω τῆς χλαμύδος σύνδεσις]. οἱ δὲ ξυστίδα τὸ λεπτόν, παρὰ τὸ ἐξύσθαι· ἰδίως δὲ τὸ τῶν τραγῳδῶν ἔνδυμα.* De iis, quae uncinis inclusi, supra pg. 58 dictum est. Cetera consistunt ex duabus glossis, coniunctis voce *ἢ*, quae apud Photium leguntur vv. *ξυστίδα* et *ξυστίς.* Si quaerimus, unde hae glossae provenerint, invenimus glossam *ξυστίς* legi in lex. rhet. Bekk. 284, 14, et nullus dubito, quin in hoc lexion fluxerit ex Diogeniano; habet enim Hesychius *ξυστίς· τραγικὸν ἔνδυμα. τινὲς δὲ χιτῶνα ποδήρη γυναικεῖον. ἄλλοι τὸ λεπτόν, παρὰ τὸ ξύεσθαι.* Etiam glossam *ξυστίδα* ad Diogenianum retulerim propter Hesych. *ξυστίδα· τὸ λεπτὸν ὕφασμα.* Unum obstat, quominus cum Schmidtio omnes glossas ex ipso Diogeniani lexico sumtas esse putemus, quod apud Phot. et Schol. *ἐξύσθαι* legitur, apud Hesych. et in lex. rhet. Bekk. *ξύεσθαι.* Naberus gl. Boetho tribuit. Cf. Ruhnk. ad Timaei lex. v. *ξυστίδες.*

ibid. 421 D *χυτρεύς· κεραμεύς, ἀφ' ἑνὸς εἴδους τῶν κεραμευομένων, τῆς χύτρας.*

Convenit Suidas, qui hunc Platonis locum respicit.

ibid. 431 E *ἐπιεικῶς* τὸ ἱκανῶς, ὡς νῦν. σημαίνει δὲ καὶ τὸ πάνυ, καὶ παραδόξως, καὶ παρ' ἐλπίδα, καὶ μετὰ χρηστότητος, καὶ μετρίως ἢ συμμέτρως.

Idem Suidas. Mettauer Boetho tribuit.

ibid. V: 465 C *οἰκέτας* τοὺς οἰκείους, οὐχὶ δὲ τοὺς δούλους μόνον, ὡς ἡ νῦν συνήθεια. ἔστι καὶ παρ' Ἡροδότῳ ἡ χρῆσις.

Schweighaeuser in lexico Herodoteo v. οἰκέτης dicit: Οἰκέται, οὐ μόνον οἱ δοῦλοι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ, γυνὴ καὶ τέκνα, ut ait Thomas Mag. citans illud Herodoti, ἣν κομισάμενος τοὺς οἰκέτας οἰκέῃ ἐκείνῃ, ex VIII: 106 a. m., ubi τοὺς οἰκέτας paulo post ipse Scriptor interpretatur τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα." Idem fere atque Thom. Mag. habet Suidas.

ibid. VII: 526 D *ἠδύς*· εὐήθης· ἐκάλουν δὲ οὕτω καὶ τοὺς ὑπομωρούς.

Idem Phot. Vide Schol. Parmen. 131 B.

ibid. VIII: 561 A *ἐκβακχευθῇ*· ἐκμανῇ.

Suid. ἐκβακχευθείς· ἐκμανείς·

ibid. 568 A. *οὐκ ἐτός*· ὁτὲ μὲν οὐ μάτην, ὁτὲ δὲ οὐκ ἀλόγως· παρὰ τὸ ἐτώσιον, ὅ ἐστι τὸ μάταιον, οἱ δὲ οὐκ εἰκότως.

Convenit Phot., ex quo corrige εἰκότως — idem vitium habet Suidas — in ἀπεικότως. cf. Ruhnken. ad Timaei lex. Schmidt. refert gl. ad Diogenianum.

ibid. X: 605 A *ἀντίστροφον*· ἀντὶ τοῦ ἰσόστροφον.

Suid. et Bekk. sext. lex. 408,25. idem.

ibid. 606 D *βωμολοχία* ἐστὶ προσεδρεία τις περὶ τοὺς βωμοὺς ὑπὲρ τοῦ τι παρὰ τῶν θυόντων λαβεῖν. μεταφορικῶς δὲ καὶ ἡ παραπλησίως ταύτῃ ὠφελείας ἕνεκά τινος κολα-

κεία, καὶ βωμολόχος ὁ κατ' αὐτὴν διακείμενος, ἢ ὁ εὐτράπελος καὶ γελωτοποιός· τινὲς δὲ τὸν μετά τινος εὐτραπελείας κόλακα, ἢ τὸν πανοῦργον καὶ συκοφάντην. καὶ βωμακεύματα καὶ βωμολοχεύματα ὡς Ἀπολλόδωρος ὁ Κυρηναῖος.

Suidas s. v. *βωμολόχος* idem fere tradit, quocum convenit Bachm. lex. cf. Lex. rhet. Bekk. 185,7, 221,12, 222,12. Hes. v. *βωμακεύμασι*.

ibid. 609 A *ἐρυσίβην*· θηρίδιόν τι ἐν τῷ σίτῳ γιγνόμενον, ὃ λυμαίνεται τὸν καρπόν. τινὲς δὲ νόσον ἐκ τοῦ περιέχοντος ἐπιγιγνομένην τοῖς σπέρμασιν.

Idem habet Photius. Hesych. *ἐρυσίβη*· νόσος τις ἐξ ἀέρος ἐπιγινομένη τοῖς φυτοῖς καὶ καρποῖς.

Schol. Tim. 52 E *πλοκάνων*· πλόχανόν ἐστι πλέγμα, ᾧ ὁ σῖτος καθαίρεται.

Hanc glossam apud Photium solum invenimus, nec non quae sequitur

Schol. Criti. 115 B *μεταδόρπια*· ἐπίδειπνα.

Schol. Min. 321 D *φλαῦρον*· κακόν, ὡς νῦν, ἢ φαῦλον, ἢ κοῦφον κακόν. τινὲς δὲ φλαῦρον μὲν τὸ μικρὸν κακόν, φαῦλον δὲ τὸ μέγα.

Apud Phot. legitur *φλαῦρον*· ἢ κοῦφον κακόν. διαφέρει γὰρ φλαῦρον καὶ φαῦλον· φλαῦρον μὲν γάρ ἐστι τὸ μικρὸν κακόν, φαῦλον δὲ τὸ μέγα, quae eadem observatio est in lex. Bachm., sed ibi male ante ἢ κοῦφον κακόν additur φαῦλον. Idem fere atque Phot. habet Herennius Philo. cf. Hes.

Schol. Legg. I: 630 E *κλῆρός* ἐστι κτημάτων οὐσία τις ἢ λαχμὸς ἢ μέτρον τι γῆς, ὅθεν καὶ κληροῦχοι οἱ ταῦτα κατέχοντες [ἢ τὸ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν σύστημα]· ἐπίκληρος δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ κλήρῳ παντὶ καταλελειμμένη παῖς, ὀρφανὴ

πατρὸς καὶ μητρός, ἀδελφῶν τε οὖσα ἔρημος. τινὲς δὲ ταύτην ἐπιπαματίδα καὶ πατροῦχον καλοῦσιν.

Prior Scholii pars usque ad ἐπίκληρος convenit cum Photio in v. Verba ἢ τὸ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν σύστημα recte ab editoribus Scholiorum uncinis inclusa; similem quidem interpretationem Photius habet in gl.: λέγεται κλῆρος καὶ τὸ σύστημα τῶν διακόνων καὶ πρεσβυτέρων, sed quin haec ipsi Photio, illa Scholiastae debeantur, non dubito.

Cum altera parte conferatur Schol. Aristoph. Vesp. 581 = Suid. v. ἐπίκληρος.

Vide quoque Lex. rhetor. Bekk. 256,8. Bachm. lex. 230,12. Aristophanes Byzantius singulari capite egit περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων atque huius doctrinae permulta specimina in lexica vetera et scholiorum veterum collectiones transiisse monet Cohn l.l. pg. 318 cf. Schol. Rep. V: 460 C, ibid. I: 343 A de voce τίτθη. ibid. V: 465 C de voce οἰκέται.

ibid. III: 678 C πορεῖά ἐστι τὰ εἰς πορείαν χρήσιμα. Idem Phot.

ibid 681 A αἱμασιώδεις· αἱμασιαὶ τοῖχοι κυρίως ἠκανθωμένοι.

Suidas: αἱμασιαῖς· τοῖς φραγμοῖς, κυρίως τοῖς ἠκανθωμένοις. Bekk. sextum lex. 362. 26 (= lex. Bachm. 52, 1): αἱμασιώδεις· Πλάτων εἶπε περιβόλους αἱμασιώδεις τινάς, ἢ τοὺς ἐκ λίθων ἄνευ πηλῶν κατεσκευασμένους, ἢ τοὺς ἀπὸ ἀκανθῶν πεφραγμένους.

ibid. VI: 775 D ἐξομοργνύμενον· ἀποματτόμενον.

Suidas ἐξομόργνυνται· ἀπομάττονται, ἀφοσιοῦνται = Bachm. 225,11.

ibid. VII: 800 C *ὄτταν· Φήμην, μαντείαν διὰ κληδόνος, καὶ ὀττεύεσθαι τὸ μαντεύεσθαι.*

Phot. idem v. *ὄττα.*

ibid. 819 D. *ὑηνῶν: χοιρείων, ἢ σκαιῶν καὶ ἀμαθῶν.* Altera explicatio plenius legitur apud Photium et in lex. Bachm: *ὑηνῶν· σκαιῶν καὶ ἀμαθῶν· καὶ ὑηνία· σκαιότης καὶ ἀμαθία· οὕτως Καλλίας.* Naberus hanc glossam Platonicam esse contendit, Cohnius *λέξιν κωμικήν*, recte observans ad illum locum Platonis explicationem *χοιρείων* solam bene se habere. Callias, quem Naberus (Proleg. pg. 60) fatetur se nescire quis sit, a Meinekio (Com. II. 735) et, ut patet, a Cohnio habetur pro Comico poeta.

ibid. VIII: 834 C *ἀβόλοις· ἄβολος νέος, οὐδέπω γνώμονα ἔχων. γνώμονα δ' ἔλεγον τὸν βαλλόμενον ὀδόντα, δι' οὗ τὰς ἡλικίας ἐξήταζον. τὸν δὲ αὐτὸν καὶ κατηρτυκότα ἔλεγον. ἐκ μεταφορᾶς δὲ τῆς ἀπὸ τῶν τετραπόδων καὶ λειπογνώμονας τοὺς ἀπογεγηρακότας, ἐν οἷς ἐλελοίπει τὸ γνώρισμα.*

Observatio fluxit ex Aristophane Byzantio, per Boethum fortasse. Partim tamen, qualem hic legimus corrupta est vel potius errore premitur, quem iam olim commissum esse consensus Scholii et Suidae arguunt, nec non testantur similes errores apud alios grammaticos. Nam legimus apud Hesychium *ἄβολος· νέος, οὐδέπω ῥίψας ὀδόντα (....) τὸν δὲ αὐτὸν καὶ κατηρτυκότα ἔλεγον,* apud Phrynichum Bekk. 49,33 *λειπογνώμων· σημαίνει τὸν μηδέπω τὸν ὀδόντα βεβληκότα, δι' οὗ ἡ ἡλικία τῶν ἵππων καὶ τῶν ἄλλων τετραπόδων γνωρίζεται,* in sexto lex. Bekk. 322,2 *ἄβολος· οὐδέπω ἔχων τι ἐπὶ*

τῶν ὀδόντων γνώρισμα. Verum non hoc docuerat Aristophanes Byz., cuius disertum testimonium servavit Eustathius p. 1404,59 τὰ τέλεια ἐπὶ πλείστων γενῶν καὶ κατηρτυκότα λειπογνώμονα καλεῖται, διὰ τὸ μηκέτι ἔχειν ὀδόντας τοὺς γνώμονας καλουμένους, οἷς ἐπιγιγνώσκουσιν οἱ ἔμπειροι τοὺς πρωτοβόλους. ὁ δὲ τοῦτο γράψας Ἀριστοφάνης λέγει καὶ Ἀττικήν τινα δωδεκῆδα θύεσθαι λεγομένην λειπογνώμονα, οἷον τελείαν. καὶ ὅτι ἔνιοι τὸν ῥηθέντα ὀδόντα οὐ γνώμονα καλοῦσιν, ἀλλὰ γνῶμα, οἷον· νέα δ' ἔτ' ἐστίν· οὐχ' ὁρᾷς; καὶ γνῶμ' ἔχει. καὶ πάλιν· γνῶμα γοῦν βέβληκεν ὡς οὖσ' ἑπτέτις et p. 1405,19 καὶ ὁ ἄβολος ἵππος ὁ μηδέπω, φασίν, ἐκβεβληκὼς πῶλος τὸν εἰρημένον γνώμονα ὀδόντα. Dicebatur igitur λειπογνώμων (vel potius λιπογνώμων) s. κατηρτυκὼς equus, qui iam abiecerat γνώμονα, ἄβολος autem, qui nondum. cf. Phot. et Hes. v. λιπογνώμων. In Hesychio v. ἄβολος Schmidtius lacunam indicavit; fieri tamen potest, ut error grammatico, sive is Diogenianus fuerit sive alius quis, tribuendus sit, non scribae. Operae pretium est inspicere Polluc. Onomast. I: 181, Cohn, de Arist. B. et Suet. Tr. Eust. auct. pg. 304,308.

ibid. IX: 854 B ἀποδιοπομπήσεις· τὰς ἀποστροφὰς τὰς γιγνομένας ὑπὸ τοῦ ἀποτροπαίου Διός, διὰ τὸ καθαίρεσθαι τὰ δεινά· ἢ τὰς ἀποπομπὰς τὰς πρὸς τὸν προστρόπαιον Δία, καὶ οἱονεὶ καθάρσεις καὶ ἱλασμούς.

Prior pars Scholii falsa docet, et corrigi potest ex Schol. Cratyl. 396 E ἀποδιοπομπεῖσθαί φασι τὸ ἀποτρέπεσθαι τὸν προστρόπαιον Δία καὶ οἱονεὶ καθαίρεσθαι τὰ δεινά, i. e. avertere sive depellere a se Iovem ultorem sive Iovis ultoris iram. Nam προστρόπαιος est ultor.

cf. Polluc. Onom. 5: 131, Phot. in v. et in v. *παλαμναῖος*. Phavorinus habet idem atque Schol. Cratyl., contra Hesych. *ἀποδιοπομπεῖσθαι· ἀποστρέφεσθαι, τὸν ἀποτρόπαιον ἐκπέμπεσθαι μακράν*, quae tum demum recte habent, si *ἀποτρόπαιος*, quod vulgo significat averruncum, accipitur pro funesto s. pernicioso. cf. Passovii lexic. in v., Alberti ad Hesych., Kuhnius ad Polluc. 1: 38, qui sic vertit: averruncare, impiatorum ultorem procul ablegare, lustrare.

Cum secunda parte Scholii convenit Suidas *ἀποδιοπομπεῖσθαι· ἀποπέμπεσθαι πρὸς τὸν προστρόπαιον Δία, καὶ οἱονεὶ καθαίρεσθαι ἢ ἱλάσκεσθαι*. Idem sextum lex. Bekk. 427,5, Etym. M. 125,34, 128,20. cf. Ruhnk. ad Tim. lex. pg. 40, Moeris ed. Pierson. in v., Hes. et Suid. v. *διοπομπεῖσθαι*.

ibid. 854 B *ἀποτροπαίων· τῶν ἀποτρεπόντων τὰ κακά. λαμβάνεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τῶν φευκτῶν καὶ μισεῖσθαι ἀξίων ἀνθρώπων.*

Idem Suid. Hinc corrige apud Hes. *φευκταῖος* in *φευκτός*.

ibid. 855 C *ἀριστίνδην· κατ' ἐκλογὴν καὶ αἵρεσιν τῶν ἀρίστων.*

Idem Suid. et sext. lex. Bekk. 444,28. Est glossa Platonica, nam additur in lexicis laudatis *νόμων θ'*.

ibid. 866 B *προστρεπομένου· ἀποπεμπομένου, τρεπομένου ἐφ' ἑαυτόν.*

Idem Phot. v. *προστρέπεσθαι*, eodem errore, quem correxit Naberus scribens *ἀφ' ἑαυτοῦ*.

ibid. 871 E *ἀνατί· ἀβλαβῶς καὶ ἄνευ τίσεως καὶ τιμωρίας.*

Suid. et sext. lex. Bekk. 392,33 idem. Schmidt. ad Diogenianum refert; nescio quo iure, nam est apud Hes. ἀνατί· ἄνευ ἄτης καὶ βλάβης.

ibid. X: 899 D ἥκιστά γε· οὐδαμῶς, ἢ οὐχ ἧττον. Λιβάνιος δέ φησιν· εἴ τινα ἄλλον τρόπον, ὃν ἥκιστα ὤφθη μετελθὼν ἐν τῷ βίῳ ὁ ἐπὶ τῇ Φιάλῃ ἔμπορος. ἀντὶ τοῦ (οὐ) πάνυ.

Pro ὤφθη correxit Naberus apud Phot. in v. „ᾠήθη." Glossam Boethi esse contendit Naberus; cui opinioni adversatur Mettauer pg. 97. Res incerta est nec magni momenti.

ibid. XI: 932 A κωφή· ἀσθενής, ἀμβλεῖα, ὡς νῦν, ἢ ἄηχος.

Photius idem.

ibid. XII: 942 A ἐπ' αὐτοφώρῳ· ἐπ' ὀφθαλμοῖς, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι ἁλούς.

Glossa bis in Scholiis explicatur. cf. Schol. Apol. Socr. 22 B, quod ex Hesychio fluxit. Phot. convenit cum hac glossa, quam Naberus et Mettauer Boetho tribuunt.

Schol. Epinom. 974 A παιδικῆς· οἶμαι, ἱλαρᾶς. ἐξ οὗ καὶ παιδικώτερον τὸ ἱλαρώτερον.

Apud. Phot. παιδικώτερον similiter explicatur.

ibid. 980 B προσπαίσαντι· προσπαίξαντι· ἀντὶ τοῦ ξ τὸ σ οἱ Ἀττικοί.

Hesych: παῖσαι· ὃ ἡμεῖς παῖξαι. Moeris: παῖσαι, Ἀττικῶς. παῖξαι, Ἑλληνικῶς. Cf. Phrynich. Eclog. in v. παῖξαι ibique Nunnesium.

Schol. Epp. VII: 345 D ἀναμετρήσαιμι· διαπεράσαιμι.

Suid. et Bachm. lex.: διεκπεράσαιμι.

Schol. Axioch. 364 B μορμολυττομένους· μορμολυκεῖά φασι τὰ τῶν ὑποκριτῶν πρόσωπα, ἃ Δωριεῖς γόργεια καλοῦσιν. ἐντεῦθεν καὶ τὸ ἐκφοβῆσαι μορμολύξασθαι καὶ μορμολυττομένους τοὺς ἐκφοβοῦντας λέγουσιν.

Coni. Schol. Gorg. 473 D μορμολύττει· φοβεῖς. παρῆκται δὲ τὸ ῥῆμα ἀπὸ τῶν προσωπείων τῶν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ὑποκριτῶν, ἃ ἐκάλουν μορμολυκεῖα, Δωριεῖς δὲ γόργια. τοιούτοις δὲ καὶ αἱ γυναῖκες τὰ παιδία φοβοῦσιν.

Similia leguntur apud Phot., Suid., Hesych. Cum Schmidtio referam ad Diogenianum.

ibid. 396 A συγκλύδωνος· ἐπιμίκτου, ἐπηλύτου.

Corrupta forma συγκλύδωνος, pro qua legatur σύγκλυδος, quod est in textu Platonis.

ibid. 371 D ἁγιστείας· ἁγιωσύνας, καθαρότητας, λατρείας.

Glossa legitur apud Suidam et in sexto lex. Bekk. 328,4.

Disputationis finem facere hic possem, nisi id, quod supra pollicitus sum, nunc solvendum mihi esset: ut dicam, quid Cohnius, cuius opinionem de nonnullis glossis Scholiorum iam novimus, de ceteris sentiat. Quod breviter exponam. Ad Aelium Dionysium referendas esse putat gl. ἀλιτηριώδης (Schol. Rep. V: 470 D), ᾖα, σᾶ, φαῦλον (Schol. Alcib. II: 147 D), ὑηνῶν, fortasse τέλος, ad Pausaniam gl. ἀμοργίς, fortasse γεννῆται (Schol. Phileb. 30 D), ἀμφιδρόμια, κύρβεις, Παναθήναια, Ἄρειος πάγος, Εἵλωτες, Ἀκαδημία, βασανιζόμενον, βωμολοχία, ἐπίκληρος, ἄβολος, ad lexicon quoddam rhetoricum gl. λίσπαι, πελάται[2], ὅσια. Glossae ὦ μέλε et

ἀπώμοτον ei λέξεις κωμικαὶ esse videntur, glossa λήκυθος e lexico Atticistae provenisse. Vides haec satis incerta esse. Tum omnes glossas — sunt circiter centum —, quae in Scholiis, apud Photium et in Bachm. lexico eaedem legantur, ex hoc lexico Bachm. fluxisse contendit e. c. χαριεντίζεται, παιδικά, ἐπὶ κόρρης, ὑποκοριζόμενοι, ἀλιτηριώδεις, κατεχειροτόνησαν al. E lexico rhetorico Iuliani cuiusdam, quod communis fons fuerit Photii, Scholiorum et quinti rhetorici lexici Bekk., putat Cohn Scholiastam omnes glossas (exceptis Diogenianeis) sumsisse, quae insint in Scholiis, v° lex. Bekk. et Photio e. c. τέως, ἔμβραχυ, ἄττα, ἄρτι, ἕρκιος al. In glossis Diogenianeis saepe cum Cohnio convenio. Sed doctrinam, quam profert de Scholiis antiquis, neque supra probavi, neque nunc probo; putat scilicet aliquot glossas esse Scholia antiqua, quae partim in lexica Diogeniani, Photii al. transierint, partim in Scholiis, qualia hodie habemus, insint e. c. διωλύγιος, ἄγνος, ὅττα, ὀκρίβας (quam gl. Diogeniano dedi), ἀναθέσθαι, πύππαξ, τιάρα, σίσυρα, μεταδόρπια, πορεῖα, χυτρεύς, κερασβόλους al. In aliis quoque quaestionibus nondum possumus Cohnio adsentire, ut, Diogenianum usum esse Boethi libellis. De his autem fortasse aliquando certius constabit; nam, si usquam, in his rebus dies diem docet.

Iam in fine commentationis id, quod praestare conatus sum, paucis repetere liceat. Demonstrasse mihi videor ipsum Scholiastam Diogeniani sive Hesy-

chii lexico usum esse neque omnia Diogenianea per Boethum in Scholia fluxisse. Complures glossas cur Dionysio, Pausaniae, Boetho tribuerim indicavi, easque pro viribus illustravi. Verum de multorum Scholiorum origine nihil certi explorare mihi contigit; de quibus si Cohnii opinio stare potest, me felicior fuit. Tibi autem, benevole lector, illis Ciceronis verbis valedicimus: nos, qui sequimur probabilia, nec ultra id, quod veri simile occurrerit, progredi possumus, et refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia parati sumus.

THESES.

I.

Aelius Dionysius usus est Diogeniani lexico, quod inscriptum erat Περιεργοπένητες.

II.

Photii lexicon a Suida cum pulvisculo in suam farraginem receptum est.

III.

Sophocl. Oed. Tyr. vs. 938:

τί δ' ἔστι; ποίαν δύναμιν ὧδ' ἔχει διπλῆν;

Pro ποίαν legendum est ποῖον.

IV.

Id. Aiac. vs. 1357:

νικᾷ γὰρ ἀρετή με τῆς ἔχθρας πολύ.

Corrigendum esse censeo γε τὴν ἔχθραν.

V.

Herodot. I c. 147: ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τοῦ οὐνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων, ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες· εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασι καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν.

Herodotus scripsisse videtur: Ἴωνες, οἳ ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασι· εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν.

VI.

Id. IX c. 54: Καὶ οἱ μὲν παρηγορέοντο Ἀμομφάρετον, μοῦνον Λακεδαιμονίων τε καὶ Τεγεητέων λελειμμένον.

Expungenda sunt verba μοῦνον — λελειμμένον.

VII.

Thuc. I c. 112: καὶ κρατήσαντες τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ παρέδοσαν Δελφοῖς.

Pro παρέδοσαν legendum ἀπέδοσαν.

VIII.

Plato Lysid. cap. VIII: οἶμαι δὲ, νὴ τὸν κύνα, μᾶλλον ἢ τὸ Δαρείου χρυσίον κτήσασθαι δεξαίμην ἂν πολὺ πρότερον ἑταῖρον μᾶλλον ἢ αὐτὸν Δαρεῖον.

Verba μᾶλλον ἢ αὐτὸν Δαρεῖον dittographia nata esse videntur.

IX.

Hom. Odyss. XV vs. 36:

αὐτὰρ ἐπὴν πρώτην ἀκτὴν Ἰθάκης ἀφίκηαι

Corrigendum est ἐπὴν πρῶτον.

X.

Cicero de Divinatione I c. 3 § 5: Philosophorum vero exquisita quaedam argumenta, cur esset vera divinatio, collecta sunt: e quibus, ut de antiquissimis loquar, Colophonius Xenophanes, *unus, qui deos esse diceret*, divinationem funditus sustulit.

Legendum esse censeo cum C. Hartfeldero *unum qui deum esse diceret*.

XI.

Tacitus Dialog. de Orator. c. 36: Magna eloquentia sicut flamma materia alitur et motibus excitatur et urendo clarescit: eadem ratio in nostra quoque civitate antiquorum eloquentiam provexit; nam etsi horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt, quae composita et quieta et beata republica tribui fas erat, tamen illa perturbatione ac licentia plura sibi assequi videbantur, cum mixtis omnibus et moderatore uno carentibus tantum quisque orator *saperet*, quantum erranti populo persuadere poterat.

Pro *saperet* praestare videtur *caperet*.

XII.

Horatius Sat. I. 3 vs. 69 sqq.

Amicus dulcis, ut aequumst,
Cum mea conpenset vitiis bona, pluribus hisce,
Si modo plura mihi bona sunt, inclinet, amari
Si volet: hac lege in trutina ponetur eadem.

Locum sic lege:

Amicus dulcis, ut aequumst,
Cum mea conpenset vitiis bona, pluribus hisce,
Si modo plura mihi bona sunt, inclinet. Amare
Si volet hac lege, in trutina ponetur eadem.

XIII.

Id. Sat. I. 9 vs. 14 seqq.

misere cupis, inquit, abire,
Iam dudum video, sed nil agis, usque tenebo,
Prosequar hinc quo nunc iter est tibi.

Improbo huius loci interpretationem, quam proposuit E. Goebel (Neue Jahrbücher für Philologie und Paedagogik, 1872, Erstes Heft pg. 63/4): Du hast schreckliche Eile, aber um meinetwillen brauchst du dir keinen Zwang anzuthun: ich werde schon immer voransteuern und werde dir das Geleit geben bis dahin wohin du jetzt von hier zu gehen hast." Locum cum aliis sic lego:

misere cupis, inquit, abire,
Iamdudum video; sed nil agis: usque tenebo;
Prosequar. Hinc quo nunc iter est tibi?

XIV.

Iuvenalis Sat. III versus 249—253 spurios esse duco.

XV.

Id. Sat. XII vs. 97/8:

coturnix
nulla unquam pro patre cadet.

Locum perperam accepit Weidner adnotans: pro patre, geschweige für einen Fremden." Pro patre significat pro eo, qui liberos habet.

XVI.

Assentior Mommseno Plebeios suffragia tulisse in comitiis curiatis.

XVII.

A Dictatore rei gerundae causa nunquam provocationem ad populum fuisse contendo.

XVIII.

In coloniis iuris Italici veteres quoque incolae, qui antea erant peregrini, huius iuris participes fuerunt.

XIX.

Leges comitiis tributis iussae probe distinguendae sunt a plebiscitis.

XX.

Magistratus plebei nunquam ius auspiciorum habuerunt.

XXI.

Nomen logographi, quo significarentur historiarum scriptores ante Herodotum vel Thucydidem, apud veteres non in usu fuit.

XXII.

Recte iudicat Mahaffy (Social Life in Greece pg. 143) Thucydidis opus esse „a great but defective history."

XXIII.

Magistratus, cui nomen *ταμίας τῆς κοινῆς προσόδου*, ante Euclidem archontem (a° a. Chr. n. 403) Athenis nullus fuit.

XXIV.

Zenonis placitum summum bonum esse *τὸ ὁμολογουμένως ζῆν* ab eius discipulis corruptum est addito vocabulo *φύσει*.

XXV.

Praeclare Niebuhr de legendis scriptoribus classicis: Lies sie nicht, um ästhetische Reflexionen über sie zu machen, sondern um Dich in sie hineinzulesen, und Deine Seele mit ihren Gedanken zu erfüllen, um durch die Lectüre zu gewinnen, wie Du durch das ehrerbietige Zuhören bei der Rede grosser Männer gewinnen würdest. Das ist die Philologie, die der Seele Heil bringt." (Brief an einen jungen Philologen).